



1. Edini Descriptio Historica Familiae ab Altenbergen, Leius, pro
memoria mortis et memorabilium Chaudenburg 1631.
Metius Scholia Historica quatuor Familias ab
Altenbergen Prauscha 1727.
2. Helmanni Opera super vita et morte Luthri. Alten-
bergen. Genea 1610.
3. Sporlachii Epithalamium nuptiarum Epitacum Alten-
bergen et Altenberga a Schulerberg Helmstedt 1590.
4. Hans Frei Carmen infer: fasciales tractatus
Coberleben dedit.
5. Sporlachii Epitacum Elze: a Schulerberg origina
Dolichial Altenbergen Helmstedt 1660.
6. Dinaerti Prologos nroia in obit: pectinatell
Coberleben Helmstedt 1548.
7. Falckheri Comment. de origine Ritter Magde-
burgiae. Chaudenburg 1628.
8. Falckheri Elegia ad obitum Mariae Schulerberg.
9. Falckherel 1581.
10. Falckheri Germanicae concion Schulerberg
Obitum Chaudenburg 1504.
11. Postasi Schulerberg obit V. Magd. 1611.
12. abend Epithalamium in nuptias Georgii Schu-
lerberg Et Annae de Schulerberg 1599.
13. Arthelli Hattelvorthikoo ad Natt kann de Schulerberg
Helmstedt 1594.
14. Schulerata manibus Annae Schuleri Epitacem
a Schulerberg Chaudenburg 1611.
15. Dicr über vier Meisterspiele in huiusq[ue] Elegia
Posta Successione dicit. F. Wulffsen 1611.

6. Chodil. Veras ius & oblationes per ad vocem suam
dictam. Trajecto ad Rhenum 1741.
17. Wagner von dem Appel zu Hirschberg von Meyenburg
1751.
18. Auct. script. Braun. Gelehrte von Salzburg zu
Augsburg. Erz 224 zu den 1100.
19. Eichmann Auct. script. et 311 folij. von Halle
Duisburg 1753.
20. Seyffert Duffort. d. 29. April von Dr. Meissner
1769.
21. Wackeri Prologus zu Magdeburg Land 320 Grafs.
Magdeburg 1790.
22. Einstein Genealogia Comitem de Gieben. Magd.
1791.
23. Nitterii Centr. de Weltheimorum familia
Helmstedt 1797.
24. Hegeler et alior. d. von Weltheimis. f. s. n. e. n.
Helmstedt 1784.
25. Lersius. Epitaph Rosalie C. da Familie Lequede
Halle 1751.
26. Lepel. — — — Epitaph Halle 1752.
27. — — — — — Epitaph Halle 1752.
28. — — — — — Epitaph Halle 1753.
29. — — — — — Epitaph Halle 1753.

2

SCHEDIASMA HISTORICUM,

QVO

FAMILIAM

GENEROSISSIMAM ET NOBI-
LISSIMAM

AB

ALVENSLEBEN,

ARTE AC MARTE

CLARAM

SISTIT

M. PAULUS GOTTLIEB KETTNER,

G. M. C.

BRUNSVIGÆ, ANNO MDCCXXVII.

SCHEDIAZMA HISTORICUM

640

FAMILIA

CLEMENTISSIMUM ET NOBIS

VISISSIMUM

VR

ALVANUS BERIN

ARTILLAE MARE

CLAVIA

SITI

M. PUBLIUS GOTTIUS REINIER

OMC

BRUNNEN IN MONS MECZEL

VIRIS
GENEROSISSIMIS ET NOBILISSIMIS
DOMINO
JOHANNI AUGUSTO AB AL-
VENSLEBEN
ERXLEBIAE, ROGÆTZ ET CALBÆ DYNASTÆ,
ET
DOMINO
GEBHARDO JOHANNI AB
ALVENSLEBEN
EICHENBARDELEBIAE DYNASTÆ,
Patronis suis æternum venerandis,
OPELLAM HANC EXIGUAM
DEVOTISSIMO ANIMI CULTU
OFFERT ET DEDICAT
AUTOR.

MIR
GENESIO ASSUMPTA ET IN OBLIVIS
DOMINO
JOHANNI AUGUSTO ET AL.
AMENSTREBEN
ERXITUR ROD ET TE CUPTE DIVINITATIS
DOMINO
CERTHARIO JOHANNI
VFAVNISUBBEN
INCHEINWIDHTHE DZINSTE
BUNDEIN DEG KESTE TETTENZELDINGEN
DOLMANIA MOL
DUCOVATZM VNM CLT
GOTTA ET PEGIC
AHLER



Sectio Præliminaris.

§. 1.

DE Gente Alvenslebia; tam Arte quam Marte, clara, commentaturus, argumenti cognitione svadente, studio, quædam de origine ejusdem præmoneo.

Ad primos, Gentis Alvenslebiae parentes ac genitores quod attinet, Saxones eosdem fuisse, tota historiarum series comprobat, in antiquitatem vero Nobilissimæ hujus Familiae si inquirō, superseedere sane possū inutili illa opera, fabulosis & ridiculis, genealogiarum deductionibus, eandem demonstrandi, cum haud defint documenta, omni fide digna, quæ pro antiquitatis Alvenslebianæ gloria pugnant.

§. 2.

Primam Alvensleborum originem ex Seculo VI. repetere non dubito, & speciatim ex ea temporis per-

A

riodo,

riodo, qua memorabile illud & atrox bellum inter Theodoricum Francorum, & Hermenfridum Thuringorum, reges, gestum est. In hoc enim bello, quod in annum 530. incidit, Theodorici partes amplectebantur Saxones, & duce suo Bernthobaldo, Ballenstadii & Ascaniae Domino, vel ut qvibusdam placet, Hathagasto, Francis conjuncti, Thuringos vincebant, prolixe hæc narrantibus, *Cranzio, Saxon. Lib. I. Cap. 27. Siffrido Presbytero, apud Fabricium, Rer. Misn. fol. 146. Brotuffio Chron. Anhalt. L. I. C. I. f. 4. 5. Becmanno Hist. Anhalt. T. II. P. V. L. I. C. II. p. 6. Sagittario Antiquit. Thur. L. II. C. 12.* aliisque.

§. 3.

Hac victoria, non solum eam fortitudinis mercedem reportavit, universa gens Saxonica, ut magna pars Thuringiæ, tum temporis admodum vastæ, ex pacto Francorum, ipsi cederet, verum etiam multi ex militibus Saxonis, qui præ cæteris, corporis animique vires invictas demonstraverant, a Theodorico Francorum rege, Nobilitatis genere & insignibus, donati fuerint. Hos inter duo præsertim fratres erant in bello exercitissimi, Alvo & Bardo, quorum priorem, Familia hodierna ab Alvensleben, dignitatis & nobilitatis suæ autorem & genitorem agnoscit ejusque memoriam dulcissima animi recordatione veneratur. Fidem supra dictis facit *Cyriacus Edimus in poetica descriptione Familie ab Alvensleben P. II. pl. E. ex Alexandri ab Alex. L. I. C. 18. de militaribus donis, & Lib. I. C. 20. de galearum insignibus.* Confirmat hæc *Spangenbergius in Chronicō Saxonico C. 66. p. 81.* ubi Alvonem Synonymice Adolphum nominat. Dubiam equidem & suspe-

suspectam reddere annititur *Ernestus de Steuben*, in *Genealogia Nobilitatis Halberstadiensis*, hanc nostram assertiōnem! hodiernos, Alvenslebios ab Alvonis posteris ortum traxisse, sed frustra contraria sententiam ex monumentis qvibusdam cœnobii Heklingensis, probare allaborat, castigatus proinde haud immerito a *Cl. Dn. Behrens im Tractat vom Ursprung etlicher adlichen Häuser p. 45.*

§. 4.

Ab hoc itaque tempore, Nobilitatis genere ac dignitate, gloriari cœperunt Alvo ejusque posteri, Alvones dictiusque ad Caroli M. tempora, tum enim domicilia sua ac habitacula, vocabulo Saxonico antiquo, hodieque inusitato, *Sleven*, insigniebant, indeque, nomen gentilium *Alven-Sleven*, ex *Alvo & Sleven* compositum, ortum est, quo adhuc hodie se, ab aliis Nobilium familiis, distingunt, famamque suam & gloriam a parentibus partam, indies augere, factisque præclaris amplificare, nobili plane stimulo & paterno pruritu student.

§. 5.

Nec suffecerat proprio Numinis, inter Nobilium ordinem retulisse Alvenslebios, sed majores adhuc honores, eminentioremque felicitatem virtutibus eorum ex alto destinaverat. Paucis enim, ultra Secula duo, annis præterlapsis, ad Comitum dignitatem aspiravit Nobilis Familia ab Alvensleben, idque partim sua virtute, partim Caroli M. Clementia, qui, ut omnium Saxonum ita Alvenslebiorum imprimis fortitudinem, diuturno & cruento bello satis expertus,

A 2

victos

victos etiam & debellatos, præmiis afficere, in deliciis habuit, & proinde non solum omnes Saxones, pacti & religionis vinculo arctius sibi conjunctos, gratoe satis tractavit, verum Alvenslebiæ præfertim gentis, tam clementem rationem habuit, ut novis honorum incrementis eandem beare inque Comitum dignitatem evehere, nullus dubitaverit.

§. 6.

Et hæc illa ipsa est Familia illustris & nobilissima, cuius virtutes, merita & facta potiora, non quidem perfecte satis describere, sed aliquo saltē, pro virium nempe modulo, delineare, penes animum meum constitui. Cum vero dignissima hujus familie membra, ex duplici præfertim capite inclaruerint, & a prima gentis suæ origine, ad nostra usque tempora, in Republica tam sagata quam togata, animum suum ad magna natum demonstraverint, hinc duabus Sectionibus, qualemcunque opellam meam absolvam, qvarum prima Alvenslebios Marte, altera Alvenslebios Arte, claros ac celebres sistet. Fauxit Deus feli-citer!

SECTIO I.

De

Alvenslebiis Marte claris.

PEr Alvenslebios Marte claros, eos intelligo, qui animo heroico & virtute bellica instructi, castra fecuti sunt, & pro patria mori, honori sibi duxerunt. Ex his itaque, sequentes præ cæteris inter armorum strepitū & bombardarum tonitrua inclaruerunt:

I.

ALVO, a cuius tempore, Nomen ALVENS-
LEBEN usurpari cepit, cum antea ALVONUM vo-
cabulum in usu fuisset. Primus est ille qui una cum
aliis Nobilibus Saxoniciis, anno 777. Paderbornæ Ba-
ptismo sacro, ad ecclesiam puriorem, accessum sibi
paravit, & postea Carolo M. in variis bellis, præsertim
vero anno 800, in Italia fidelem operam navavit. Tan-
dem Paderbornæ mortuus ibique etiam sepultus est,
vid. *Budeus Lex. Histor. univ. Titulo: Alvensleben.*
Idem confirmat Tabula Genealogicæ, in Nobili Domo
Viri Generissimi, JOHANNIS AUGUSTI ab AL-
VENSLEBEN, Erxlebiæ Dynastæ, depicta, quam
ipse vidi.

BUSSO, COMES ab ALVENSLEBEN, Al-
vonis supra dicti filius. Primus est ille inter Nobilissi-
mos & faustissimos Alvonis posteros, qui propter in-
signem, qua pollebat, animi & corporis virtutem,
propter egregiam, quam saepius probabat in confli-
ctibus bellicis, alacritatem, fortitudinem & experi-
entiam, tam charus & desiderabilis exstitit Carolo M.
ut ex multis dignum eum judicarit, qui Comitis non
solum titulo verum & dignitate condecoraretur, vid.
Edinus l. c. & Budeus im Historischen Universal- Lexico, Titulo: Alvensleben. Quo itaque jure ac funda-
mento, Comites Alvenslebios ex Comitibus Alden-
burgicis, descendisse, vir celeberrimus *Lünigius*,
(Monumentis forsitan Paderbornensibus seductus,) *in Thesauro Juris, der Grafen und Herren H. R.*
Reichs, f. 138. 139. afferat, non capio, cum Busso-

nem, non ex Comitibus Aldenburgicis, sed ex gente nobili Alvenslebia ortum, primum Comitis dignitate ornatum fuisse constet. Subodorari equidem facile possum, per Comites Aldenburgicos, Lünigium hic intelligere Comites illos, qui hodie vocantur Oldenburgici, & cum his, Comites Alvenslebios, cognationis vinculo conjunctos fuisse, prorsus negare non ausim, &, quanquam de nexu & gradibus hujus cognationis adeo firmiter convictus nondum sim, vestigia tamen hujus rei ipse inveni, in *Anonymi alicujus Chronico Rastedeni*, apud *Maibomium Rerr. Germ. Tom. II. f. 94.* ubi duo Alvenslepii, *Theodoricus & Milo*, (de qvibus infra pluribus dicam) post mortem, Comitum Oldenburgicorum, Hunonis & Fridrici, hæredum titulum præ se ferebant, quod sane facere eru-
buissent, nisi cognationis vinculum hoc ipsis fvasisset. Interim tamen propterea Alvenslepios ab Oldenburgicis, vel ut Lünigius loqui amat, Aldenburgicis, descendisse, persuaderi mihi nondum patior, sed potius, Buffonem, cui Comitis dignitatem contulit Car-
rolus, ex Alvonis posteris legitimis ortum traxisse, autorum, sub finem hujus numeri citandorum, suffra-
gio stipatus, perseveranter assero. Sed ad Buffonem nostrum redeo. Non sufficerat Carolo, Comitis dignitate, genus suum illustrius reddidisse, beneficio etiam beneficium majus addidit. Saxonibus enim om-
nibus, ad Ducis Wittekindi exemplum, cultum pa-
ternum ac Ethnicissimum, quem a teneris imbiberant,
abjurantibus, cura imprimis Caroli M. factum est,
quod etiam Busso noster, Sacra Christi, amplexus, &
anno 781. die, Festum Paschale proxime præcedente,
baptizatus fuerit. Et sic Busso Comes, favore regis
terre-

terrestris adjutus, lavacro hoc sacro, gratiam quoque regis cœlestis adeptus est, quin imo, Comitis dignitate in terris celebris, acquisito jure Civitatis cœlestis, maximum splendorem non solum propriæ, sed etiam totius generis sui gloriæ addidit. Busto itaque, anima sua, cum Salvatore arctiori nexus conjuncta, corpori etiam bellorum turbis desfatigato, solatum ac refrigerium quæsivit, inque thori sociam fibi elegit Hittam, Comitissam Hallermundanam, vel ut quidam eam nominant, Juttam Comitissam Zermundanam. In matrimonii hujus sempiternam memoriam & perpetuam recordationem, denuo Carolus gratiam suam Bussoni comprobavit, mutando nempe vel potius gratiose augendo insigne ipsius gentilium. Alvonii enim a Theodorico, Nobilitatis suæ collatore, pro insigni traditus erat, clypeus aureus, distinctus duobus trabibus, cuius spatia rubra erant, super clypeum eminebat cassis five galea, quam insertis spinis, alba rosa circumdabat. Hoc insigne, boni ominis nota signato, usi fuerant Alvenslebii, usque ad tempora primi Comitis Bussonis, hujus enim, dignitate aucta & matrimonio cum Hitta Hallermundana contracto, insigne quoque auctum est, Carolo tres Rosas, quæ, teste Spangenbergio im Adel-Spiegel P. II. f. 326. & Luca im Graffen-Saal p. 974. insigne Hallermundanum ornabant, in medium clypei Alvenslebiani ponente, & spinas, quæ galeam Alvenslebiani insignis circumdabant, in Laurum viridem commutante, non infelici omine, fore aliquando, ut gens Alvenslebia, semper sicut Rosa, centenis foliis florescat, & sicut Laurus semper viridis, atque ab omni fulminum ictu libera ac intrepida per innumera secula persistat.

sistat. Carolo M. mortuo, filio ipsius Ludovico Pio, eadem fide & dexteritate, ac Patri, adfuit Busso noster, senio etiam jam confectus, ac canitie quasi bellorum tumultu exemptus, tamen gravatus non est, castra adhuc sequi, & Ludovico in bellis socius esse. Nec desit prius, caput suum venerabile hostium insidiis, pro patriæ salute, exponere, donec tandem in profectione quadam Ludovici Imperatoris contra Danos, qui regem suum Heroldum regno pulserant, defunctus est, anno 827. Et sic Busso ut Heros obiit, qui ut Heros vixit, & cuius memoria non solum hodie adhuc in posteris suis quotidie reviviscit, verum etiam propter virtutum immortalitatem in futurum non morietur. Idem Busso Arcem illam condidit, quæ nomine gentilitio Alvensleben, hodie adhuc gloriatur, & inter prædia Ducatus Magdeburgici, jam numeratur. Prolixius vitam & res gestas Buffonis, tangit, *M. Christophorus Enzelius, Pastor Osterburgensis, in Chronico Veteris Marchiae*, ex fragmentis monasterii Marienthalensis, compilato, quod hodie rarissimum est, at cuius novam & auctam editionem, Vir maxime Reverendus Dominus Rüdemannus Stendalensem Pastor, meditatur, & de conatu suo haud contemnendo, nuper schedula quadam peculiari orbem litterariorum certiorem fieri, curavit. *Conf. Cyriacus Edimus, l.c. & Budaus in Lexico.* Colophonis loco, non pœnitentib[us] legere, memorabile sane Buffonis adagium, quod in ore semper habuit, siue ingenii naturalem propensionem ac inclinationem dilucide satis aperuit: *Stryde, Lyde, Myde, Vorworde, Vorhorde, Vorborde*, pro Religione, pro focis. Legi ego illud penes *Lünigium, in Thesauro Juris der Grafen und Herren des*

des H. R. Reichs fol. 43. 44. qui illud didicisse fatetur,
ex Marci Wagneri *Alvenslebianis*, quam vero Libel-
lum videre, mihi nondum contigit.

III.

REIMARUS sive REINHARDUS; Comes ab ALVENSLEBEN. Hic in bellis fortunam suam ac vires, iteratis vicibus tentavit, saepeque ut victor rediit. Praecipue autem Ludovicus Pius Imperator, huic Reimaro Comiti, ejusque fidei ac armis, multum emolumenti, imo ipsam solii Cæsarei restitucionem debet. Ludovicus enim, partim ætatis senilis simplicitate persuasus, partim excessu amoris paterni erga Liberos, inductus, vivus adhuc, tres filios suos, Lotharium, Ludovicum & Carolum, regio coherestaverat nomine, regnumque inter eos partitus erat, quod factum multum detrimenti attulerat Ludovico. Filii enim, ingratissimo in patrem animo, mortem ipsius expectare, nimis longum existimantes, nefaria & impia arma adversus patrem ceperunt, eumque throno dejicere, nulli religioni sibi duxerunt. In hoc periculo, plerisque, Episcoporum & ipsius Pontificis Gregorii IV. fvasu, Cæsarem suum deferentibus & obsequium fidemque obliscentibus, Reimarus Alvenslebius inter eos fuit, qui contra filios Rebelles Ludovico assistebant, ejusque innocentiam armis vindicare annitebantur. Et quanquam integrissimi hi Cæsaris Defensores, indefessa opera sua impedire non potuerant, quo minus Ludovicus anno 833. penes Lügenfeld in Alsacia, ab hostium exercitu vinctus, a proprii filii in turpisima vincula conjectus, & regnum legitimum ejurare, coactus fuerit, tamen fides & a-

B

mor

mor in imperatorem prius quiescere eos non sinebat, donec aliorum Germaniae procerum ope imperatorem liberaverint, eumque throno Cæsareo restituerint. Et in his præsertim etiam Reimarus noster industriae & fidelitatis famam acquisivit sibi, quæ memoriam suam apud posteros maxime commendat. *v. Sachsen's Kayser-Chronicæ P. II. f. 38. Rhorii Historia Universalis p. 457.* Conjux ipsius fuit, Richildis Comitissa ab Arnstein, ex qua duos filios numeravit Richardum & Ditmarum, unamque filiam Walpurgin, quæ cœnobium aliquod, nomine Harfsche sive Wersche, fundasse fertur. *Budæus l.c.*

IV.

RICHARDUS, Comes ab ALVENSLEBEN, Reimari supra memorati, filius. Plura quidem de eo differere, documentorum penuria prohibet, militiæ tamen eundem operam dedisse, peculiaremque ex bello gloriam reportasse, & proinde summo jure inter Heroes Alvenslebius numerandum esse, exinde colligo, quod non solum tempore Ludovici II. Imperatoris, a toto exercitu Saxonico dignus habitus fuerit, qui summus militum præfectus audiret; verum etiam quod in ipso prælio Saxonum, anno 876, duce Brunone, Brunsvincensem Domino, prope Ebbekesdorff in tractu Lüneburgico (quod nunc Ebsdorff audit) contra Danos & Nordmannos commisso, vitam amiserit, referente *Budeo l.c. conf. Crantz. Metrop. L. II. C. 16. 17.* Nec solus Richardus in hoc prælio occubuit, filius etiam ipsius Sigfridus patris in morte socius fuit, & sic præmaturo obitu circumventus, juvenis adhuc, heroica facta edere desit, teste eodem *Budæo l. c. ubi notan-*

notandum Spangenbergium, de Reimaro sive Reinhardo, Richardi patre ea intelligere, quæ de Richardo ipso refert Budæus, ubi simul versus antiquos allegat sequentes:

Die Nordmann fieln in Sachsen - Land,
Sanit den Wandeln mit Mord und Brand,
Dasselbe stund in grosser Noth,
Darüber leidt Luthard den Tod,
Sanit vielen Herren für Christi Ehre,
Als sie sich wolteu des Feinds erwehren,
Reinhard der erst sein Blut vergoss,
Im ganzen Harnisch aufn Zelter Ros.

vid. *Spangenb. Chron. Sax.* C. 108. p. 145.

V.

DITZEL sive DIETRICUS, Comes ab ALVENSLEBEN. Quantum hic Imperatori Henrico Aucipi, propter infignes virtutes, præsertim vero propter egregia bellorum merita, percharus fuerit, exinde appareat: Primo, quod ex peculiari gratia & singulari animi in eum propensione, conjugem svavissimam ipsi tradiderit, arctissimo sanguinis vinculo sibi ipsi cognatam, fuit hæc Haffburgis, illustris Comitissa de Revenüngen, cum qua amoenissimi connubii fruges collegit. Dein singulare quoddam gratiæ imo fiduciæ, Henrici in Dietricum, documentum hoc est, quod torius Tractus Thuringici, quem inde a Seculo sexto possidebant Saxones, supremum Praefectum sive Gubernatorem provincialem (Stadthalter) eum constituerit, cui muneri summa laude præfuit. Taceo prædia, agros & villas, qvibus Henricus

B 2

eum

eum donavit, & liberalitate sua, bonorum Dietrici tantam accessionem fecit, ut divitiis & externo splendore vix ulli Comitum sui temporis cesserit. Et sane æque ac juste, Henricus Auceps in remunerandis Dietrici meritis egit, utpote qui, in vincendis Hunnis, Civitatem Bremensem totumque tractum transalbinum, propter denegatum ab Henrico tributum, anno 923, hostiliter vexantibus, constantem illi operam navavit militarem, quin imo in iterata expeditione, anno 933, contra eosdem Hunnos, suscepta, ipsam animam exspiravit, victoriisque prope Marsburgum de Hunnis reportataam, sanguine suo redemit. vid, *Spangenbergius Chr. Sax. C. 124. p. 169. Conf. Budeus, l. c.*

VI.

HATTO, Comes ab ALVENSLEBEN, qui a qvibusdam Hector nominatur, filius fuit supra dicti Dietrici, & dignus sane tali patre, cuius vestigiis, cruentis etiam & hostium sanguine madentibus, infeste, semper voluptati sibi duxit. Ottoni I, Imperatori, animum suum ad pugnandum promptum paratumque, per varia bella, contra Henricum & Tanquardum fratres, contra Ludolphum filium, contra Boleslaum Bohemiæ, Haraldum Daniae, Berengarium Italiae, Hugonem Capetum Galliae reges, aliosque, satis luculenter demonstravit. In duobus præfertim Ottonis M. bellis, memoriam & fortitudinem Hattonis, apud autores celebratam reperio, qvorum alterum gessit Otto contra duos Rebelles, Eberhardum Palatinum Comitem in Francia & Giselbertum Lotharingiæ Ducem, qui ambo ex propagine Caroli M. ori-

oriundi, Saxonibus, inter quos natus erat Otto, dignitatem Cæfaream invidentes, eam vel sibi ipsis, vel saltem Francorum genti recuperare, annitebantur, eaque ex causa per continuos sex annos, multum negotii Ottoni caussabantur, in quo & Hatto Alvenslebius non solum pro Nominis Saxonici gloria, verum etiam pro imperatoris securitate tam fortiter pugnavit, ut tandem duo illi hostes, in pælio apud Adernach, audaciae sue pœnam experiri, eamq; morte luere coacti fuerint. v. *Wittichindus Corbej. Annal. L. II. Crantz. Sax. L. III. C. 19.* Priusquam ad ipsum pælium res verebat, miserat Otto imperator, Hattonem ad Eberhardum, ad indicandum ipsi, ut in conatus nefandi pœnam, cerram argenti summam solvere, omnesque qui eum adjuverant, in opprobrium sui, canes, ad Magdeburgum usque, ducere & portare debeant, quod ex *Crantzii Saxon. L. III. C. 15.* refert *Spangenbergius, Chr. Sax. C. 129. p. 182.* Alterum bellum, in quo Hatto noster maxime inclaruit, contra Vandaloſ gessit Otto, quos Ecberti Marchionis & Wichmanni Comitis instinctu, nefariæ & periculosaſ seditioni studentes, ad meliorem mentem redigere, necesse existimavit, felicique acie, penes Schorelitz, quod hodiernum Brandenburgum est, vicit. In quo pælio, duorum imprimis merita ac virtutem bellicam, summis laudibus extollunt scriptores, qvorum unum nominant Hosed, qui in fortitudinis praemium Nobilitatis dignitatem ab Ottone donatam accepit; Alterum Hattonem nostrum, quem supina mors praemio Cæfaro privavit, & telo hostile percussum, ex vivorum numero abduxit, anno 956. vid. *Spangenb. l. c. C. 139. pag. 204.* Eundem Hattonem in qvibusdam Annalibus pro con-

ditore cœnobii Hecklingen venditari, observat *Edinus l.c. pl. E.* Confer. *Bothonis Chron. Brunsv. Picturatum, ap. Leibnitzium Script. Brunsvic. T. III. f. 310.*

VII.

CONRADUS, Comes ab ALVENSLEBEN, natus a patre Dietrico II. & Künhilda Comitissa a Wunstorff, etiam inter Heroes Alvenslebios, recenseri meretur, propterea quod in bello gloriam quæsivit, tempore Henrici IV. Imperatoris. Non autem hic Conradus, uti parentes ipsius, arma sumvit pro fide in imperatorem, sed potius pro tuenda libertate patriæ, contra imperatorem. Saxones enim in malam partem interpretabantur consilium Henrici imperatoris, quo is avitam & diuturnam ipsorum libertatem, quam Henrici consiliarii infamem & suspectam licentiam vocabant, castellis passim exstructis, refrenare imo penitus opprimere, videbatur. Saxones itaque instituto huic se opponere & libertatem suam armis vindicare non dubitabant, bellum suscipiebatur contra imperatorem, cuius socii erant non solum varii Duces, Marchiones & Episcopi, verum etiam multi Comites, inter quos **Sachse in der Kayser Chronicle T. II. p. 193.** numerat sequentes: Comitem Henricum de Rassenburg, quatuor Comites ab Hohenstein, & Filium Dietrici, Comitis ab Eulenburg. Conradum quidem Comitem ab Alvensleben, expresse non nominat Saxo, belli tamen socium eundem fuisse, *Edinus & Budæus* afferunt. l.c. Et forsitan ultimus Saxoni Comes, cuius nomen vel ignorat vel prætermittit, eumq; saltem Dietrici filium vocat, ille ipse noster Conradus est, quod mihi sane adeo improbabile non videtur,

tur, ideo quoniam patrem ejus Dietricum vocat, uti
 & Conradi nostri pater cognominatus fuit, quo au-
 tem jure ac fundamento, Comitis Eulenburgici Ti-
 tulo eundem insigniat, non video, quicquid hujus rei
 sit, Conradum nostrum, in bello Saxonum contra
 Henricum suscepso, vires suas una exercuisse ex au-
 toribus supra citatis, tuto affirmo, quanquam id si-
 mul diffiteri nequeam, a partibus Saxonici exercitus,
 eventum voto non respondisse, & non solum totum
 exercitum inter Hohnburgum & Neglstad, penes Un-
 strutam, a militibus Cæfareis victum & prostratum,
 sed ipsum etiam Conradum infelici iectu vita privatum
 esse. anno 1075. vid. Schaffnaburg. Cent. XI. f. 738.
Conradus Ursbergensis, Edinus, Budæus, l. c. aliisque.
 Conradus hic, proprietatis jure adhuc possidebat
 Reynehusen & Lichen, quæ loca Dietrico I. Comiti
 ab Alvensleben donaverat Henricus Auceps. Reyne-
 husen postea Monasterium factum est, & non procul
 Göttinga jacet, Lichen sive Gleichen, duo olim erant
 castra, sic dicta ab æqualitate (von der Gleichheit)
 qvorum rudera ex duorum parium montium vertici-
 bus spectabantur. Antiquum Gleichen hodie Brun-
 svicensis Elector, Novum Hassia Landgraffius tenet.
 De Familia Conradi id addo, Conjugem ipsius fuisse
 Giselam, Comitissam ab Haldensleben, ex eaque su-
 scipisse quatuor filios, Conradum, Henricum, Her-
 mannnum & Udonem, unamque filiam Mathildim,
 teste Leibnitzio, *Introduct. in Tomum I. Script. Brunsv.*
N. 43. Leibnitzii testimonium quod attinet, negare
 quidem non possum, Comitem illum, de quo hæc
 refert, ab ipso vocari Ellonem, sed hunc Leibnitzii
 Ellonem, neminem alium, quam nostrum Conra-
 dum

dum esse, exinde colligo, quoniam Elloni suo eosdem filios attribuit, quos Conradi filios fuisse, alii affirman, & infra, in Sectione subsequenti, ubi de Udone ab Alyensleben, Episcopo Hildesieni, mihi sermo erit, fusius demonstrabitur. Hinc utrosque, pro una persona habeo, & non sine causa, Comitem nostrum, dupli cognomine, Conradum Ellonem ab Alvensleben audivisse, auguror, adeoque omnia que de Ellone apud Leibnitzium dicuntur, ad Conradum nostrum applicare nullus dubito. Confirmat me in hac opinione, Tabula Genealogica de hoc Conrado Ellone, qvanquam omisso familiae nomine, adducta a Leuckfeldio in Addend. ad Chron. Walckenred. p. 201. & repetita ab Heineccio Antiquit. Goslar. L. I. f. 94.

VIII.

REIMARUS sive REINHARDUS II. Comes ab ALVENSLEBEN, Sigfridi, qui in alio quodam Saxonum cum Henrico IV. bello, anno 1088. obiit, filius, eadem fere cum Conrado Ellone fata habuit, eo saltem discrimine, quod Conradus victus, Reimarus vero Victor decesserit. Saxonibus enim, Pontificis Paschalisi II. instinctu, imperatorem Henricum V. acriter debellantibus, eumque anno 1115. prope sylvam illam, quæ Welpholtz sive Wulffesholz, vocatur, & inter Heckstädt & Schandersleben, jacet, vincentibus, Reimarus medianam inter victoriam defunctus est. v. Crantz. Sax. L. V. C. 26. Spangenb. Chr. C. 214. p. 355. Reliquit hic Reimarus, ex conjugie sua Anna, Comitissa a Homburg, unicum filium Fridericu, qui loco nominis gentilitii Alvenslebiani, usus

usus est titulo', Nobilis Domini a Fürstenberg', & nobili familiae a Fürstenberg in Westphalia originem præbuit. vid. *Behrens vom Ursprung etlicher Adlichen Häuser p. 42.*

IX. & X.

THEODORICUS & MILO, Comites ab ALVENSLEBEN, pater & filius, prætermittendi hic non sunt, qvoniā illi ipsi sunt, qvorum supra jam Nume-ro II. hujus Sectionis, mentionem feci. Multa qvi-dem in bellis gesta, de illis commemorare mihi non licet, afferam tamen, qvæ innotuerunt mihi, ex cuius-dam *Anonymi Chronicō Rastedensi, apud Maibonium Rer. German. T. II. f. 94.* ubi hæc lego: Vltimis fere istius Abbatis (Svederum intelligit) temporibus, pec-catis exigentibus, monastorio hoc (Rastedensi nempe, in Comitatu Oldenburgico sito) fulgure combusto & aliis ædificiis, plaga non minor his omnibus imminebat: Nam quidam Nobiles, Theodoricus & Milo, filii us ejus de Alvensleve, qvorum castrum prope Mag-deburg situm est, qvod nunc cum suo dominio ad Marchiones Brandenburgicos esse, dinoscitur devo-lutum, venientes, bona monasterii impetierunt, dicentes, ratione juris hæreditarii, Comitum videlicet fundatorum nostrorum, Hunonis & Fridrici, qvorum ipsi veri hæredes existerent, debere dominium possidere. Ob qvod idem Abbas tantis doloribus est compunctus, ut hic, accepto uno pane de pistrino, portam ad Orientem positam exivit, nec unquam postea rediens, vitam in peregrinatione finivit. Venabilis igitur in Christo pater & Dominus noster Adelbertus (qvem Albertum vocat Crantzus, Metro-polis.

C

"polis. L. IV. C. 31.) Hamburgensis & omnium nationum septendrionalium Archiepiscopus, nolens, hoc monasterium, injusta impetitione simul & de recessu Abbatis deperire, convocatis qvibusdam suis suffraganeis, nobilibus etiam & prælatis, cum dictis Theodorico & Milen de Alvensleve, de eorum impetitione taliter diffinivit, videlicet ut in bonis, qvæ pii fundatores, Huno & Fredericus, huic monasterio, fano corpore legaverant, & a sede Apostolica jam confirmatis, nihil sibi possent juris aliquatenus vendicare. Vide verba hæc apud *Maibonium l. c.* & repetita qvæsi in *Job. Schiphoweri, Chronico Archi-Comitum Oldenburgicorum ap. eundem Maib. f. 143. 144.* Ad historicam hanc narrationem nihil addo, nec an justum sive injustum fuerit Alvensleborum petitum in præsenti inqviro; De hæreditatis autem jure, qvod præ se ferebant Theodoricus & Milo, qvædam commentari liceat. Tradunt enim quidam Historiarum & Genealogiarum Scriptores, Ramum qvendam stirpis Alvenslebiæ, in Ost-Frisia adhuc superstitem fuisse, usqve ad medium Seculi X. qvi vero tandem, morte trium fratum, Henrici, Buffonis & Benzeni, exspiraverit, qvorum duo priores in Italia decesserint, tertius autem ao. 982. in conflictu cum Venedis, caesus fit, Bona proinde & agros Alvensleborum, qvos in Ost-Frisia possederant, jure hæreditatis, Comiti Oldenburgico, qvi trium fratum sorori, Mechtildi nupserat, cessisse, hujus vero filium, Conradum, loco tituli Oldenburgici, iterum nomen Comitis Alvenslebici usurpasse, filiumque Dietrichum genuisse, qvi idem ille est Theodoricus nostrar qvi post mortem ultimi Comitis Oldenburgici, cum filio suo Milone prætensionem supra dictam in Cœnobium

Raste-

Rastedense fecit. Exiguam qvidem fidem huic affer-
tioni tribuit Behrens, l. c. eamque omnino ex silentio
Hammelmanni in Antiquitatibus suis Oldenburgicis, su-
spectam reddere, non dubitat, & Ditricum qvidem
Conradi filium fuisse, opinatur, non vero Conradi Ol-
denburgici, sed illius fortasse Conradi, qui frater fuit
Vdonis Comitis ab Alvensleben, Episcopi Hildeshe-
mensis, de quo infra Sect. II. Memb. I. N. I. plura di-
cam. Qvicqvid hujus rei sit, Cognitionem Alvensle-
biae gentis cum Domo Oldenburgica, prorsus negare
non audeo, propterea quod, quo fundamento alias
Dietricus & Milo, hæreditatis jure in bona Oldenbur-
gica, gloriari potuerint, non videam, & forsitan illud
ipsum cognitionis vinculum multis occasionem præ-
buit, ortum gentis Alvenslebiae ex Comitibus Olden-
burgicis deducendi, uti hoc supra, Lünigii & Monu-
mentorum Paderbornensium, exemplo probatum dedi.
Ultimo nec id, in relatione Rastedensi, sine censura,
prætermittere possum, quod uterque scriptorum, tam
anonymus Rastedensis Chronicus Compilator, quam
Johannes Schiphowerus, Theodoricum & Milonem ab
Alvensleben, inter Nobiles saltem referat, quos tamen
Comitum adhuc dignitate gloriatos fuisse, exinde pa-
tet, (1) qvia, uti ex numero proxime sequenti appa-
rebit, Familia Alvensibia Comitum titulo abstinuit de-
mum anno 1252. res vero hæc circa annum 1124. gestæ
sunt, tempore nempe Svederi Abbatis. (2) ipsa rela-
tionis verba ultro confitentur, Comitatum vel Castrum
Alvensleben, non eo tempore quo hæc acta sunt, sed
eo tempore quo Chronicum hoc scriptum est, ad Mar-
chiones Brandenburgicos pertinuisse, unde sequitur,
Alvenslebiros tum temporis adhuc proprios sui Comi-

tatus Dōminos fuisse. (3) Dietricum, de qvo hic sermo est, expressis verbis Comitem appellat, *Behrens l. c.* momentumqve hoc historicum ad annum 1124. refert. Ex qvibus omnibus satis elucescit, ab illo tempore, ultra seculum adhuc Comitum dignitate inclariisse Alvenslepios & proinde injuste Titulum hunc Theodorico & Miloni derogatum fuisse.

XI.

ALBERTUS, Comes ab ALVENSLEBEN, Conradi & Bussonis frater, Gebhardi vero, qvi anno 1190. ut praefectus Cæsarius obiit, filius, tam memorabilia, & ex parte tristia ac deploranda fata expertus est, qvæ summo jure, atro carbone, in Genethiacis Alvensleborum, annotari merentur. In hujus enim ætatem fatalis ille domus Alvensibiae, cadit periodus, qva Comitum dignitatem amisit, & proinde ultimus inter Comites ab Alvensleben vocandus est Albertus. Id vero non sua culpa aut virtio, verum temporum potius injuria & Clericorum præcipue insatiabili avaritia nefandaqve superbia factum, existimandum est. Inter plerosque enim Nominis Alvensbiani, propter merita ac virtutes, per Germaniam celebrati, osores, facile familiam ducebant Archiepiscopi Magdeburgenses, qvi Alvensibia gentis, decus ac splendorem, indies nova incrementa capientem, inviso animo, oculisqve protervis, in vicinia contemplantes, nullo non modo eandem lædere haec tenus ausi fuerant, ac iteratis vicibus eam sub jugum Clericale cogere, periculum fecerant, Ast divini Numinis potenti manu, familiam Alvensbiam, ut pupillam ex alto protegente, & fortitudine brachii Alvensbiani constanter ipsis obicem ponente,

pōnente, semper huc usqve re infecta discedere; Al-
 venslebiisque Heroibus, victoriae palmam, inviti re-
 linquere coacti fuerant. Medium autem Seculi XIII.
 id tandem divina sic jubente providentia, in manus
 eorum tradidit qvod multo studio ac labore consequevi,
 haec tenus impossibile ipsis fuerat. Et si dicendum qvod
 res est, infucata imprimis fides, summaqve integritas,
 qva Domus Alvenslebia, speciatimqve ultimus Comes
 Albertus, Marchiones Brandenburgicos semper am-
 plectebatur, proximam occasionem dedit, tragicō illo
 casui, quo aliquando super animum Alvenslebiorum
 invictum triumphare, obtigit Antistiti Magdeburgico,
 id qvod ex seqventibus patebit. Anno. 1238. Ludol-
 phus Episcopus Halberstadiensis, ope Wilbrandi Ar-
 chiepiscopi Magdeburgensis, Ottone Marchionem
 Brandenburgicum, bello tam funesto proseqvebatur,
 ut etiam ipsum Marchionem viētum, captivitatis vin-
 culis tenere, non dubitaret Ludolphus. In hoc bello
 integrissima fide ac constantia, Ottoni Marchioni, con-
 tra Clericorum insultus adstitit Albertus Comes ab Al-
 vensleben, ære ac copiis eundem sublevavit, imo ip-
 sam captivitatis sortem cum eo communem habuit, et
 qvemadmodum Otto Marchio sedecim centenis Mar-
 cis argenti, ita Albertus Comes, cessione castelli Al-
 vensleben, & Agrorum adjacentium, libertatem suam
 a Ludolpho Halberstadiensi redimere coactus fuit. vid.
Bothonis Chron. Brunsvic. Picturatum, apud Leibnitzi-
um Scr. Brunsv. T. III. f. 363. 364. Spangenberg. Chr.
Sax. C. 265. p. 439. Dresseri Isagoge Historica, P. IV. f.
853. Et hic primum de bonis & agris Alvenslebio-
 rum, partem aliquam abalienatam fuisse fateor, hucus-
 que enim bona armis parta, armis etiam fortiter de-
 fendere

fendere confieverunt. Qyo fundamento itaque, *M. Hechtius, in Dissertat. de Wichmanno Magdeburgico, §. 21.* affirmare queat, anno jamjam 1166. Wichmannum Antistitem Magdeburgensem, Erxlebam, Arcem qvandam gentis Alvenslebiae, coëmisſe, non video, afferum quidem suum, ex *Maibomii Chron. Marienthalensis, T. III. f. 252.* probare annititur, sed hoc evolvens, ibi de Sommerserburgo quidem, a Wichmanno occupato, qvædam reperio, de Erxlebia vero nihil, nisi forte, Eilsleven, arcem prope Sommerserburgum sitam, qvæ hodiernum Vmmendorffium est Maibomio, intellecterit Hechtius, & ita per oculorum præcipitantiam Erxleben pro Eilsleben legerit. In hoc autem bello primum Alvenslepii, aliquva bonorum parte speciatim que sede sua avita ac gentilitia privati & in gravissimum dolorem conjecti sunt; Sed non diu in Ludolphi manibus fuit Castrum Alvensleben, anno enim proxime inseqventi, 1239. Otto Marchio, injuriam a Ludolpho illatam vindicaturus, ejusque audaciam serio castigatus, copias denuo collegit, Alberti Alvenslepii fortitudinem suæ virtuti junxit, exercituque suo fortiter pugnante, Ludolphum eo adegit, ut obsequium promittere, captivitatem dimidii anni perpeti, eadem summa sedecim centenarum marcarum argenti, qvam anno præterito ex Ottonis manu acceperat, se liberare, & Alberto Comiti, castellum Alvensleben, cum omnibus agris, ipsi antea cessis restituere, cogeretur. vid. *Botbon. Chron. & Spangenb. l. c.* Hoc pacto quidem Albertus Comes, gloriam gentis suæ pristinam restitutam vidit, castrumque hæreditarium, injuste ereptum recuperavit, ast non diu admodum illud possidere, ipsi licuit, siquidem neque Episcopo Halberstadiensi, neque Archiepiscopo

scopo Magdeburgico, possibile fuit, cladem ab Ottone Marchione & Alberto Comite acceptam, oblivisci & absque vindicta victoribus suis condonare, leonina potius ira flagrans uterque, ab anno ad annum ulciscendi occasionem expectabat, donec tandem utroque mortuo, Wilbrandi in Archiepiscopatu Magdeburgico successor Rudolphus, Antecefloris defuncti voto facturus, bellum cum Marchione Brandenburgico & Alberto Comite redintegravit, inque eo, Numine supremo sic permittente, tam felices fecit progressus, ut non solum tota fere Marchia vetus, ab eo devasta, verum etiam imprimis Alvensleborum arx Calba, validis tum temporis muris circumdata, penitus deperdita & solo fere æqvata, imo ipsum castellum Alvensleben, cum toto Comitatu, infelici Alberto ereptum fuerit, anno 1252. vid. Crantz. Metropol. L. VIII. C. II. & Sax. L. VIII. C. 20. Spangenberg. Chron. Mansf. C. 256. f. 439. Chron. Magdeburgicum Anonymi ap. Maibom. T. II. f. 331. Pugnant haec asserta omnino cum dictis Lünigii, qui in *The sauro Juris der Graaffen und Herren S. R. R.* f. 338. 339. ex testimonio Andreae Hoppenrodi perhibet, Comitatum una cum arce Alvensleben, a Ludolpho Episcopo Halberstadiensi, Rudolpho Primi Magdeburgico (qui, per vitium fortasse typographicum, Ludolphus vocatur) venditum fuisse; Ast cum, Rudolphum Magdeburgicum Antistitem, Comitatum Alvenslebium, jure belli & armorum, non vero venditionis, acquisivisse, ex autoribus citatis, appareat, veniam dabit Lünigius, si in sententia prolata persistam, præsertim cum etiam differentiam quendam chronologicam apud eundem deprehendam, utpote qui hasce res anno 1260. gestas fuisse, affirmat, cæteri vero autores unanimiter annum

annum 1252. ponant. An vero, & qvo tempore, qvæ occasione, Alvenslebii iterum possessores, castris sui gentilitii, Alvensleben facti fuerint, certe affirmare non audeo, neqve aliquid, de ea mutatione hactenus deprehendi, id tamen in *Chronico Magdeburgico* supra citato, f. 342. lego, Ottonem, Archiepiscopum Mageburgensem, recuperasse Castrum Alvensleben & Hunesburg, qvæ verba talem mutationem præsupponere mihi videntur, vel id saltem probant, Castellum saepe memoratum aliquando Archiepiscopis Magdeburgicis erexitum fuisse, an vero ab Heroibus Alvenslebiis, an ab aliis, non liquet, interim tamen Heisonem a Steinfort anno 1437. possessorem castris Alvensleben nominari, disco ex *Spangenbergio l. c. C. 322. f. 543.* & *Duces Brunsvicenses castra Alvensleben & Hundsburg Archiepiscoporum manibus eripuisse*, afferit *Dresserus Isagog. Historica. P. IV. f. 855.* Revertor ad Albertum ultimum Comitem ab Alvensleben, hic enim statim anno, fatalem illam cladem proxime inseqventi, 1253. obiit, vel nimio doloris affectu consumitus, vel ut multi suspicantur, cura et insidiis hostis sui Rudolphi, interfectus teste *Edino l. c. pl. G. 1.* Matrimonio sibi junctam, vivens Albertus habuerat, Annam Dorotheam Comitissam a Mühlingen, cum qva duos filios Buffonen & Gebhardum genuisse fertur a *Budaeo l. c. Amisso Comitatu*, Alberti posteri laudabili & prudenti consilio, etiam mox Comitum titulum sponte deposuerunt & Eqvestri ac Nobilium Ordine contenti fuere, feudi que pacto Archiepiscopis Magdeburgensis obstringi se patiebantur. Nec tamen propterea, ab avita virtute degenerasse, factaque laudibus digna edere, defuisse existimandi sunt, novum potius & eo majorem exinde capie-

capiebant stimulum, Majorum suorum vestigiis insitendi, eumque honorum ac dignitatis gradum denuo promerendi, qui fatorum nutu inevitabili ipsis eruptus erat. Prodeant itaque ex Eqvitum & Nobilium ordine, Alvenslebii, qui Marte clari fuerunt.

XII.

GUMPRECHTUS ab ALVENSLEBEN, Alberti ultimi Comitis, nepos, Buffonis filius qui et interdum Drost vocatur, strenuam operam bellicam navavit novo Alvenslebiorum domino, Bernardo a Wolpy, Archiepiscopo Magdeburgenfi, contra Dietricum Marchionem Misniensem et Landsbergensem, ao. 1278. Hic enim Magdeburgica rura, terribili bello devastaverat, & nunc in obsidione castelli Thuche occupatus erat, tum Gumprechtus cum 320. equitibus & multis civibus Magdeburgicis, Marchioni obviam ibat, & acre cum illo prope Wefenburgum prælium committebat, multitudine autem hostium circumventus, impedire non potuit, quin cum maxima parte eqvitum suorum, captivus ex acie duceretur, ex qua captivitate autem mox ære soluto evasit, ipsumque bellum interpositione Episcopi Mersburgensis & Gerverti de Overfurt finitum est. vid. Bothonis Chronicon f. 369. & Spangenbergi Chron. C. 265. f. 451. Mortuus est Gumprechtus anno 1324. teste Bebrens, l.c.p. 45.

XIII.

ALBERTUS ab ALVENSLEBEN, Gumprechti filius, & Fridrici Ordinis Templariorum Magistri Supremi frater, castris operam perpetuam dedit, ibique tam fortiter rem suam egit, ut inter eqvites auratos, ipso

D

anno

anno patris sui emortuali 1324. relatus fuerit. Tres quoque ejus filii Gebhardus, Albertus & Buffo tantam in bellis gloriam promeriti sunt, ut ipse Imperator Carolus IV. singulari eos gratia dignos judicaverit, multisque privilegiis, & immunitatibus bona ac feuda eorum affecerit, anno 1373. teste *Edino, l.c.*

XIV.

HENRICUS ab ALVENSLEBEN, Erxlebii Dominus, bello natus quasi, non solum in patriæ salutem, verum etiam in proprium commodum, arma gerere didicit, & præcipue anno 1351. arcem suam Erxleben strenue defendendi occasionem natus est. Magna enim inter plerosque Nobiles & Cives Magdeburgicos propter agrorum vicinitatem orta erat contentio anno 1348. quæ per triennium duravit, & Cives Magdeburgenses in ea Henrico præsertim nostro, tam infensi rediti fuerant, ut non solum optimos ejus agros hinc inde devastaverint, sed etiam, Wanslebia & Altēnhusen flaminis combustis, ipsam sedem suam gentilitiam, castrum Erxleben, gravissima obsidione cinixerint. Henricus autem cum suis tam fortiter hosti se opposuit, ut brevi ab obsidendi furore desistere & clade accepta, Brunsvicensibusque se interponentibus, domum redire coacti fuerint. Vid. *Bothon. Chr. f. 380. Spangenb. Chr. C. 288.* Propter hoc aliaque fortitudinis specimena, indignus non erat, qui Eqves Torqvatus salutaretur, quin imo tam peregrini quam vicini tantam in eo ponabant fiduciam, ut in gravissimis etiam negotiis ope & consilio suo frui non erubescerent. Sic jam ann. 1324. una cum Ludolpho, Præposito Hadmersleiensi, arbiter fuerat in composita controversia, quæ intercesserat,

serat inter Borchardum , Parochum Wulffelburgensem
eiusque fratrem Hermannum Bajerstadium, cum tribus
Abbatibus, Henrico San-Ægidiano Brunsvigæ, Herwico
Riddagshusano, & Henrico Marienthalensi, teste *Maibomio Chron. Marienthal. T. III. f. 268.* Nec defuit Hen-
ricus nosfer, auxilio & armis suis, Magno Duci Brunsvi-
censi & Archiepiscopo Magdeburgico Dietrico , cum il-
li grave sane bellum gererent anno 1367. cum Gerhar-
do Episcopo Hildesheimensi , in quo Hildesiensis victor
discessit, multiqve Nobilium in prælio prope Dinckler
commisso, capti sunt, inter quos, & nosfer Henricus
cum alio quodam Ludolpho ab Alvensleben (an fra-
ter , an filius , an membrum saltæ gentis Alvenslebiæ
sit ille , me latet) captivitatis injuriam expertus est, a
qua autem mox ære redemptus, & in laborum præmi-
um castris Wolmerstædt & Odenburg præfectus est.
vid. *Chron. Magdeb. apud Maibom. T. II. f. 345. & Bünn-
ting. Chron. Brunsvic. editionis Rettmeierianæ f. 640.*

XV.

FRIDERICUS ab ALVENSLEBEN , Calbae ha-
bitans, manus fortes, infelices quamvis , miscere coa-
ctus est, cum Alberto de Qverfurt, Archiepiscopo Mag-
deburgensi, qui ipsi etiam castrum Molseren eripuit, &
Capitulo, pro memoria sua, singulis annis, in ecclæ-
sia peragenda, dedit an. 1390. teste *Chron. Magdeb. pro-
xime citato f. 350.* Porro hostem diuturnum fibique
maxime infensum habuit Johannem IV. Abbatem Ma-
rienthalensem , qui variis injuriis eum lacepsivit & in-
vitum quasi ad vindicandum coëgit, hinc non potuit
non Alvenslebius, quin tandem offendionum pertœsus,
per aliquod tempus eum iterum infestaret multaque

D 2

damna

damna inferret, tandem vero anno 1402. cum eo in gratiam rediit, & pro dato damno, vi paeti, ipsi satisfecit. *Maib. Chr. Marienth. T. III. f. 271.*

XVI.

HENRICUS ab ALVENSLEBEN, a civibus Helmstadiensibus laesus, eosdem mirum in modum vexavit, compositione autem anno 1498. instituta, civibus ablata restituit. *Maibom. de Origine Helmstadit T. III. f. 233.* Anno 1441. alios & quidem multo potentiores hostes nactus est Henricus, Henricum nempe Ducem Brunsvicensem & Ottonem Ducem Luneburgicum, qui ambo conjunctis viribus Henricum hostiliter invadabant, eumque in arce sua Erxleben obsidebant. Diu fane obsidio haec duravit, tantoque impetu saepius iterato elegantissimum castrum vexaverant hostes, ut per longa temporum intervalla, ruinarum vestigia adhuc ibi visa fuerint. Sed Henrici Alvenslebii, omnem editionem recusantis, extremaque intrepido animo expectantis fortitudine & constantia, Marchionis simul Brandenburgici & Archiepiscopi Magdeburgensis minis coacti duces, re infecta domum redire & ab obsidione defistere consultum existimabant. Testes hujus rei sunt, *Botho in Chron. Piæ. f. 404. Spangenberg in Chr. C. 326. Bünting, Chr. f. 725.*

XVII.

LUDOLPHUS ab ALVENSLEBEN. Hujus memoriam, partamque per arma gloriam summis laudibus deprædicat bellum illud, Fridrici Marchionis Brandenburgici, anno 1420. cum ducibus Pomeraniæ gestum, quo Ludolfi præcipue prudentia & pugnandi felicitas

felicitas victoriam faciliorem reddidit Fridrico. Obsidione enim circumdederat Marchio, Vrbem Tangermünde, inqve ejus expugnatione tam fortunatos fecerat progressus, ut jam victor urbem intrare, triumphique sonum per plateas edere constitueret. At ten, Marchione unam civitatis portam vi voce occupante, per alteram portam improvisi hostes obviam ipsi veniebant, jusque suum in civitatem occupatam denuo in controversiam vocabant. Erant hi, Casimirus Dux Stettinensis, Magnus Episcopus Caminenensis, & Nobilis qvidam Polonus, nomine Cordebuck, qui singuli, magnum exercitum secum ducentes, urbi obseßæ in subsidium venire, expugnatam vero victoris manibus eripere, apud animum constituerant, & proinde Marchioni victoriam invidentes, media in civitate, pugnam vix consecutam reiterabant Marchionisque milites civitate expellere conabantur. Hi autem, tam prædæ cupiditate, qvam novæ victoriae spe, maxime vero ducis fortissimi exemplo concitati, tam animose hostium insultus excepunt, ut post brevem pugnam hostes repulsi, ipsi vero denuo rerum in urbe potiti fuerint. Ludolphum ab Alvensleben vero, præsertim in hoc duplici conflitu, animum suum heroicum, multis speciminiibus comprobasse, qvin imo cæteris omnibus palmam præripuisse, qvis dubitaret? Ipsè enim Marchio Friedricus, lubens hoc fassus est, inqve publicum, suæ in Ludolphum existimationis documentum, eum coram facie uniuersi exercitus lauro coronavit, & in Numerum Equitum Torqvatorum, solenni & consveto ritu recepit. Qvo honore simul cum eo propter factorum merita affecti sunt, Güntzel de Bartensleben, Johannes de Bredau, & Bernd a Schulenburg.

D 3

vid.

vid. *Both. Chr.* f. 398. *Spangenb. Chron.* C. 310. f. 519.
 Nec solus Fridricus Marchio in tanto honore eum habuit, alii quoque gratia & favore suo dignum eum iudicarunt. Hinc apud Güntherum Archiepiscopum Magdeburgicum, Consiliarii Intimi munere functum fuisse, ao. 1439. asserit *Budaeus in Lex. Hist. Vniv.* Et ipse Henricus Dux Brunsvicensis tanti eum estimavit, ut in Literis Conciliatoriis, ao. 1440. Civitati Brunsvigae datis, testem gravissimum eum adhibuerit, referente *Rettmeiero, in Notis ad Chron. Bünting.* f. 725. ex Archivo Senatus Brunsvicensis.

XVIII. & XIX.

FRIEDRICUS & BERNARDUS ab ALVENS-
 LEBEN, in Calvörde habitantes. An fratres sint hi ambo, aut quo sangvinis vinculo invicem cognati fuerint, certe asseverare non audeo, conjungere autem eos in tractatione mea, eo minus dubito, quo magis fatrum similitudo eos jam conjunxit olim. Illi ipsi enim sunt, quos anno 1467. durissima sors pressit, non vero oppressit. Accusabantur hi, quo jure, non iniquo, a mercatoribus Vratislavensibus & Magdeburgensibus, ac si ipsorum vel jussu vel permisso, multa mercium, pannorum præsertim genera, sibi erecta & violenter detrusa essent. Delati sunt propterea Alvenslebii, penes Johannem Archiepiscopum Magdeburgensem, ejusque auxilium contra vim allatam, imploratum est. Johannes hilari mente, occasionem Alvenslebiis nocendi amplectens, sine mora, copias ad nutum suum paratas, contraxit, civibusque ac militibus Magdeburgicis, instrutus, castrum Alvensleborum Calvörde, summo furore petebat, illudque, in justissimam, uti opinatur,

tur, gravis delicti, vindictam, funditus delere, minabatur. At Heroes Alvenslebios, castrum hoc possidere, illudque ad necem usque, defendere didicisse, scire debebat Johannes, cito enim satis experiebatur, aliud esse Alvenslebios oppugnare, aliud eosdem vincere. Tantum enim aberat, ut gravissima etiam obsidione ad detractionem castri adigi patarentur, ut potius Johannes, de felici conatum suorum successu penitus desperans, nec tamen de labore semel incepto, desistere cupiens, alienam opem querere coactus fuerit. Apertissimum itaque & infallibile fortitudinis Alvenslebianæ documentum hoc est, quod Johanni neceesse fuerit, auxilium Henrici Ducus, simulque Civitatis Brunsvicensis, anxie petere, & sic propriam impotentiam tacite confiteri. Nec defuerunt petitis, Henricus Dux & Civitas Brunsvicensis, nondum enim oblii erant opera, anno 1441. contra Henricum ab Alvensleben, in obsidione Erxlebii, frustra impensa, cladisque ibi acceptæ, lætissimus proinde ipsis erat nuncius, qui ad denuo ladeddos Alvenslebios eos invitabat dulcemque vindictam promittere videbatur, quin imo in eo jam erant, ut Johanni Magdeburgico suppetias ferrent, illaque expugnationem castri Calvörde præsentia sua armata facilitarent; At Alvenslebii de eorum adventu certiores facti, & hostiam pacem meliorem quam incertam victoriam existimantes, tempori infervire quam tantæ hostium catervæ, famæ suæ gloriam exponere malebant, paciscebantur itaque cum Johanne Magdeburgico, priusquam Brunsvicenses advenissent, talemque pacem obtinebant, quæ victoriae gloriose haud inæqualis erat. vid. *Bothon. Chr. f. 412.* & repetitis quasi verbis, *Spangenberg. Chr. C. 336. f. 365.* & *Bünting. Chr. f. 729.*

BUSSO ab ALVENSLEBEN, bellandi cupiditatem & alacritatem suam Albrechto, Marchioni Brandenburgico, in bello, ao. 1473, contra Pomeraniae Duces gesto, tanta fide & dexteritate probavit, ut bello finito, victoria parta, hostibusque fugatis, ipse nesciret Marchio, quo muneric & beneficij genere, in fortitudinis præmium, mactaret Buffonem, largisqve proinde pollicitationibus ab eo flagitavit, ut ipse ex voto proprio id a se peteret, quo facta & merita sua, aliquo modo saltem remunerari posse, existimaret. Buffo vero, gererosi animi miles, sola belli gloria priorumqve meritorum fama contentus, omnia munera genera detrectans, inqve sola Marchionis gratia voluptatem suam quærens, plane nihil petuit. Marchione autem semel iterumqve gratioſa sua promissa repetente, tandem nihil aliud in votis suis habuit, quam ut toti genti Alvenslebiæ, Simultaneæ Investituræ privilegium concederetur, hujusqve beneficio, qvilibet ex qualibet linea, deficiente hærede, alteri in bonis & feudis succedere possit. Annuit voto Marchio, illiqve gratioſo diplomate satisfecit anno 1429. Nec id satis, Titulo etiam Eqvitis Aurati, item Supremi Aulae & Exercitus Praefecti (Ober Hoff und Ober-Feld-Marschall) Buffonem condecoravit Albertus Marchio, testibus *Edino & Budao, l.c.* Strenuam quoqve operam navavit, ao. 1492. Henrico Seniori, Duci Brunsvicensi, in obsidione Civitatis Brunsvicensis, debitum obsequium & submissionem Domino suo frivole denegantis, cui obsidioni una cum Gebhardo & Dietrico ab Alvensleben, etiam Buffonem nostrum interfuisse testatur *Bünting. Chr. f. 826.* Egregia honorum Alvenslebiorum augmenta comparavit

Buffo

Buffo. Anno enim jamjam 1453. post extinctam Familiam Wanslebianam, beneficia & Feuda hujus familie hæreditaria, partim ab Archiepiscopatu Magdeburgico, partim ab Abbatissa Gandersheimensi dependentia, ad familiam Alvenslebianam devoluta sunt. Hundesburgum Buffo Wanslebius vendidit, Ludolfo Buffoni & Gebhardo, fratribus Alvenslebiis. Consentit venditioni Fridricus Archiepiscopus Magdeburgicus, emtoribus in fidem & clientelam receptis. Speciatim vero feuda Gandesiana Wanslebianorum, anno 1477. Familie Alvenslebianæ obvenerunt, postquam extincto Wernerio Wanslebio ea conferret Buffoni & cæteris, Sophia Antistes Gandersheimiana, teste *Maibomio in Chronico Monasterii Bergenfis. T. III. f. 303.* Aliam etiam eamque insignem, bonorum Alvenslebianorum accessionem fecisse, hunc Buffonem, ex verbis Maibomii colligo, ita seribentis: Clavisffe familiam nobilissimam (Nobiles" Dominos a Dreileben intelligit) videtur Volradus tertius, cuius feudum sive beneficium, qvod a Comiti" bus Schauenburgicis, tam Santerslewii quam Scacken" slewii (Duo haec loca hodie adhuc supersunt in die" coi" Magdeburgica sub præfectura Alvensleiana, & " jam sunt prædia hæreditaria Familie Nobilis de Velt" hem) habuit, videlicet 14. mansos sive hubas, Fridri" co, Heinonis filio, & Buffoni, Henrici filio, ex eqvestri" Alvensleborum familia, prognatis, titulo feudali con" tulit, Ericus Comes Holsatiæ & Schawenburgi, ao. 1487." ut habent litteræ Reversales, qvas vidi & legi, vid verba haec apud *Maibonium in Notis ad Hermanni de Lerbecke Chron. Comitum Schauenburgicorum. T. I. f. 522.* Conjugem Buffonem habuisse Armgard a Schulenburg, eumque tandem venerabili senio confectum, mortuum fuisse, ao .1534. testatur Behrens l.c.p. 43.

FRICCO ab ALVENSLEBEN, Buffonis supra memorati filius, patrio veluti sangvine & nativitatis quasi ac hæreditatis jure, bellandi itimulum naetus, patriqve jam in bello contra Pomeraniæ duces gesto, socius & comes, tot tantaqve fortis invictiqve animi edidit specimina, ut mature satis, Eqves Torqvatus salutari incepit. Tanti etiam proinde apud alios ejus valebat auctoritas, ut vix svasui ac consilio suo contradicere auderent. Hinc memorabile qvoddam & laudabile maxime factum de eo litteris mandatum deprehendo. Hujus enim ope, auxilio itidem Henrici Abbatis Mariae vallen sis, Johannis Decani templi St. Nicolai Magdeburgensis, & Johannis Bartenslevii pax & compositio amica facta est Haldenslebii, inter Canonicos Walbeccenses & Laurentium Honlagium, qui homo eqvestris ordinis sed ingenii inquieti erat, & Wevelingæ ad Alarim habitabat, Walbeccensisibus autem eorumque agris & pascuis multum damni intulerat, & quoniam propria decoxerat, aliena bona invaserat. Hunc Fricco ab Alvensleben sua auctoritate cæterorumque svasu eo adegit, ut in posterum resipiscere, Walbeccensisibus ablata restituere, & ab omnibus molestis porro inferendis, abstinere promiserit. Acta hæc esse Dominica Judica an. 1481. asserit *Maibomius Chr. Marienth. T. III, f. 272.* Forte idem ille Fricco inter eos gentis Alvenslebiae, heroes fuit, de qvibus Maibomius refert, illos, procul dubio a Brunsicensibus, antiquis nominis Alvenslebiani osoribus concitatos, magnum his damnum intulisse, per rapinam & incendia villarum, ita ut ex Brunsicensibus nemo auderet extra murum ire civitatis. Hæc discordia qvoqve diu duravit, donec tandem

dem anno 1491. inter strenuos de Alvensleben & Brunsvicenses compositio facta sit per Johannem Abbatem Mariævallensem, Fridricum de Alvensleben & Ludolphum de Marenholtz, uti hæc ex libro in Valle Mariæ invento, narrat *Maibomius l. c. f. 273.* & ex Archivo Senatus Brunsvicensis confirmat *Rethmeierus in editione Chron. Bunting. f. 822.* Fricconis quidem nomen apud autores citatos non reperiri, lubens fateor, ad eum tamen negotiorum hoc simul pertinuisse, ex temporis convenientia non invitus auguror.

XXII.

LEVIN LUDOLPHUS, ab ALVENSLEBEN, patre Gebhardo natus, a tenera ætate, armis se exercere in deliciis habuit. In Juventute jam anno 1529. funestissimæ obfisioni, qva Caroli V. tempore, Solymannus Turcarum Imperator, Viennam cinxerat, interfuit, ibique non solum pro Cæsarlis, verum etiam pro totius Germaniæ salute, vires suas tentavit. Anno 1542. Turcis denio in Austria & Hungaria Carolum Imperatorem vexantibus & Joachimo Electore Brandenburgico, copias auxiliares mittente, etiam noster Ludolphus ducem fortissimum Comitem ab Hoyer seqvens, Vngariam petuit, novamqve palmam de hoste infideli reportavit. Infelix valde fatum, hocce in bello, Ludolphi Frater Gebhardus, itidem Turcarum sanguinem sitiens, expertus est. Hunc enim Turcæ captivum abduxerunt ejusque pugnandi cupiditati limites posuerunt; mittebantur quidem sine mora, ad redemptionem ejus, duo millia Ducatorum, sed cum jam in eo esset, ut libertati restitueretur, inopinata morte, & non sine suspicione veneni Turcici defunctus est, parum dissimili

E 2

fato,

fato, ac qvo alius etiam Ludolphi nostri frater, Franciscus ab Alvensleben obiit, qvi antea laudabiliter militiae operam dedit, ast in Gallia fato iniquo exceptus & eqvo præcipitatus in flumine occubuit. De longe meliori autem, præ fratibus, forte gratulari sibi potuit noster Ludolphos, qvi non solum in bello victor semper exstisit, verum & pacis tempore ad varia honorum culmina aspiravit. Tribus enim Archiepiscopis Magdeburgicis, Alberto nempe Sigismundo & Joachimo Fridrico, a consiliis aulicis & intimis fuit, qvinimo ipse Elektor Praefectum Veteris Marchiae & Consiliarium Provincialem Tractus Magdeburgici eum salutavit. Gravissimo tandem senio confectus, omnibus officiis depositis, saga & toga celebris in arce Gattersleben, qvam aere a Republica Magdeburgica coemerat, placide obiit, anno 1596. vid. *Edimus & Budaeus, l. c.*

XXIII.

LUDOLPHUS ab ALVENSLEBEN, Levini Ludolphi, quem proxime memoravi, filius dignissimus, peculiarem locum in commentatione hac occupabit, propterea qvod multa singularia de ejus vita mihi in promtu sint. In tenerrima Iuventute studiis indefessam operam navavit, singularesque in iis profectus fecit, ætatem adultiorem itineribus confecit, nec sine egregiis fructibus, inde domum redux factus est. Peregrinis terris hinc inde visis & perlustratis, Martis fortunam experiri cupidus, in bello Hungarico vires exercuit, patrique in eo juvenis adhuc focius fuit. Hoc bello finito, per aliquod temporis intervallum in aula Ducis Brunsvicensis Zellensis, Ernesti, commoratus est, postea in notitiam intiomorem Christiani Wilhelmi,
Admini-

Administratoris Magdeburgici veniens, indies gratiam ipsius magis magisqve sibi conciliavit, Christianus Wilhelmus etiam virtutibus ejus & insignibus animi dotibus perspectis, tam clementem ipius rationem habuit, ut Aulae suæ Mareschallum et Ducatus Magdeburgici Consiliarium Provinciale eundem honorifice constituerit, qvibus muneribus autem mox more multorum ex patribus suis, renunciavit, reliquumqve vitæ spatiū, in sede sua gentilitia Hundsburg, partim litterarii, partim pii & religiosi exercitiis transegit, ubi etiam anno 1634. in Servatore suo, placide obiit. Non possum temperare mihi, qvin plura de hoc Ludolpho addam. Non enim silentio præterenda est, vera & infucata ejus pietas, qva Deo grata reddere animam suam, præ caeteris studuit; In precibus ad Deum fundendis summo semper fervore exarsit, & horis ad illas destinatis, per negotia quoqve gravissima nihil detrahi passus est; Ante & post prandium cœnamqve, clara voce preces ipse pronunciare confavevit, omnesqve mensæ assidentes exemplum suum imitari jussit; Sacrarum literarum lectione, admirandum fere in modum delectatus fuit, illiqve non solum privato studio vacavit, verum etiam in audiendis concionibus publicis, suum in oracula divina, proniissimum affectum, luceanter satis prodidit, utpote a qvibus frequentandis, nisi summa urgente necessitate detineri non patiebatur, sed tam diebus dominicis, qvam diebus Jovis, semper primus templum ingredi, ultimus inde exire studebat. Nec id satis, domi etiam inter prandendum concionis argumenta repetere liberorumqve attentio nem in æde facra præstitam, examinando scrutari confavevit. Quid mirum itaque qvod hic sincerus verbi

E 3

divini

divini amicus , etiam ministros ejusdem & præcones
 magni fecerit, eosque summa semper reverentia & hu-
 manitate exceperit. Vt taceam alios, exemplo esse
 possunt, proprii ipsius Confessionarii, Samuel Sinovius
 & Lampertus Wernerus, Pastores Hundsburgenses, i-
 tem Andreas Singerus, Pastor Ackendorffensis, qvi Cle-
 mentiae singulare Ludolfi & Generositati, dignis laudi-
 bus deprædicandæ, qvoad vixerunt, nunquam pares se
 existimarunt. Diffiteri eqvidem non possum, contigisse
 proh dolor! qvod Satanas, paulo ante ejus obitum, ma-
 gnum dissidium duramque contentionem , eum inter
 & confessionarium suum Stephanum Donawerum, na-
 tu Regensburgensem, pastorem Hundsburgensem, disse-
 minaverit, qvo evenit etiam qvod pastor officio motus
 fuerit; ast cum ea documenta, qvæ mihi perlustranda ob-
 tigerunt, omnem culpam in Donawerum ejusque elen-
 chum nimis durum imo intolerabilem fere rejicant,
 pro innocentia Ludolphi pugnare non dubito, & si ipsa
 acta avthentica qvæ procul dubio in Bibliotheca Hunds-
 burgica vel alio qvodam scrinio Alvenslebiano, refe-
 vantur, inspicere mihi licet, plura forsitan de hoc ar-
 gumento commemorare possim. Interim non pror-
 fus me latet occasio vel potius causæ, propter qyam
 Ludolphi & Donaweri animi tam vehementer irritati,
 & sibi adeo infensi redditi fuerint. Totum enim ne-
 gotium eo reddit, qvod Ludolphus Præfectum qvendam
 rei agrariae, quem atrociter nimis in rusticos infævire,
 sæpius accusarat Donawerus, non acriter satis & secundum
 votum pastoris puniverit, ex qvo capite intem-
 pestivæ lenitatis, studii partium, injustitiæ, aliorumqve
 scommatum, incusabatur in publicis concionibus Lu-
 dolphus, magnaqe inde contentio oriebatur, quæ tan-
 dem

dem Donaweri remotione ab officio suo, finita est. Ad lenitatem & mansuetudinem naturali propensione inclinasse & proinde ab omni severitate & pœnarum acerbitate abhorruisse Ludolphum, ipse nunquam inficias ivit, sed potius peculiari qvodom adagio confirmavit, qvod ita sonabat : *Glimpfus est pluris, quam tota scientia juris*, & qvanquam itaqve facile in defec-
ctu peccare potuisset, modeſte tamen corrigendus & absqve subditorum suorum scandalō in viam reducen-
dus fuisset, in qvo autem Donawerus officii & conſci-
entiae rationem non habuit. Præter alias virtutes Lu-
dolpho proprias, etiam insignis ejus prædicatur Libe-
ralitas, munificentia & generofitas. Nihil dicam in
præſenti de ordinario & conſerto beneficij genere, de
qvo ſingulis diebus Xenodochium Hundsburgicum
gratulari ſibi poterat, & qvod in panibus aliisqve ci-
bis conſiliebat, largiflma ſane ſtipendia, qvibus Studio-
forum in academiis viventium, paupertati ſubvenit, lau-
dabili commemoratione & devoutiffima gratiarum a-
ctione digna ſunt. Moribundus adhuc liberalitatis ſuæ
memor fuit, & in testamento ſuo, duobus pastoriibus,
Hundsburgico & Ackendorffensi, item cuilibet, horum
pagorum incolæ primi ordinis, centum imperiales,
cuilibet incolæ vero ſecundi ordinis, qvinqvaginta Im-
periales legavit, & præter hoc etiam Pastori & Aedituo
Hundsburgensi villam qvandam in vico Wülfefhau-
ſen, confeſſit, ut eandem una cum pratis, ſylvis, paſcu-
is, aliisqve huic pertinentibus in uſu ſuos convertere
ipſis liceret. Excerpta hæc ſunt omnia, qvæ de Lu-
dolpho commemoravi, ex duobus Responsis Manuſcri-
ptis, in cauſa Alvenslebio-Donaweriana, ao. 1623, datis,
& in Bibliotheca Ministerii Brunsvicensis, repertis, altero

Juris-

Jurisconsulti cujusdam anonymi, altero pastoris cujusdam pagani, qvi personam suam sub Litteris J. B. latere voluit, ego vero, Johannem Bismarckum, Pastorem Ammenslebianum fuisse non injuste auguror, propterea qvod plurima alia de hoc Bismarcko sub iisdem litteris J. B. contineantur in eo ipso Volumine, qvod benevolæ communicationi, Viri maxime Reverendi Domini Petri, Pastoris ad D. Martini Senioris optime meriti, debo. Jureconsulti eqvidem Responsum, ejusque congesta Species Facti exiguum apud me fidem reperisset, propterea qvod autor ejusdem anonymous omnino suspectum, omniqve fide indignum se reddat, uti per alia, ita per hæc præsertim verba, Atheistico plane calamo exarata, quæ studio germanice ex charta in papyrus transcribo: Ich will etwan dieser Tage über, vielleicht auch unter der Predigt, wenn der Pfarrer viel gute Stunden mit unnützen Gezänke zubringt, dent Handel weiter nachsinnen, und verhoffendlich so fassen, daß ich nicht allein getraue, des von Alvensleben Sache, für J. F. Gnaden, und Dero selben Geistlichen und Weltlichen Hoff- und Land-Räthen, Hochlöblichen Kaiserlichen Cammer-Gerichte, wo es sollte zur Klage kommen, sondern auch vor Gottes Gerichte, so etwan eins künftig soll geheget werden, woran doch ich und mein Anwälter sehr zweifeln (Increpet te Deus, Satan) zu behaupten und zu erhalten. At enim vero, cum Bismarcki Responsum, in favorem Donaweri datum, qvoad circumstantias & speciem facti non contradicat priori, qvanquam in decidenda causa ab eo dissentiat, ad illud hic provocare non dubitavi.

Non defuerunt quidem præter haec tenus memoratos, ex gente Alvensesibia, qui Martis castra fecuti, & in bellis magnam gloriam adepti sunt, nec defuncti hodie nostro ævo, qui antecessorum gloriosissima vestigia contemplantes, nobilissimo stimulantur pruritu, sanguinem pro patriæ salute effundendi, sequve ipsos pro eadem sacrificandi. At de prioribus tacere documentorum penuria me cogit, de posterioribus autem multa gloriari, modestia me prohibet, utpote qui religioni mihi duco, eorum verecundiam adulacionibus ledere, quos hæreditario jure id possidere, novi, quod laudabilia facta edere, quam eadem jactari malint. Studio itaque calamo limites pono, inque sectionis hujus calcce id saltem voveo precorque, quod per sera secula nunquam defuit ex nobilissima stirpe Alvensesibia, qui armorum periti pro patria gloriosissime pugnant eamque forti & invicto semper animo defendant. Sufficiant hæc de Alvensesbiis Marte claris.

SECTIO II.

De

Alvenslebiis Arte Claris.

IN hac Sectione quidam ex illis apparebunt, qui studiis operam navarunt, artiumque liberalium cultura ita inclarerunt, ut partim ecclesia & res litteraria, partim Res publica & Aula de eorum opera gratulari sibi potuerit. In duo itaque membra sectionem hanc di-

F spescam,

spescam, prius Alvenslebiorum merita erga ecclesiam
& rem litterariam exponet, posterius Alvenslebiorum in
republica & Principum aulis celebres sistet.

Membrum I.

De

Meritis Alvenslebiorum erga Ecclesiam & Rem litterariam.

I.

VDO, Comes ab ALVENSLEBEN, quia *Span-*
genbergio Chron. Sax. C. 205. p. 325. Otto vocatur, male
autem a Bothone in *Chron. Pictur. f. 328.* Comes ab Als-
leve cognominatur, filius fuit illius Conradi Ellonis, cu-
jus gesta supra *Sect. I. Num. 7.* recensui. Paci eqvidem,
& præfertim ecclesiæ se consecraverat, truculenta au-
tem belli incommoda evitare non potuit, ut proinde
non immerito de eo afferat *Crantzus*: Vdo, vir nobilis
de comitatu Alvesleve, vidit turbulenta tempora ac
luctam inter regnum & sacerdotium. *Metrop. L.V.C.17.*
A patre suo Conrado in eo diversus fuit, qvod non ut
ille contra Imperatorem Henricum IV. sed pro eodem
arma sumserit, illiqve ope & consilio, una cum fratre
suo Conrado semper adstiterit, testibus Bothone & *Span-*
genbergio II. cc. idqve tanta constantia & animositate,
ut etiam vitæ periculum non veritus fuerit, hinc in
conflictu qvodam cum Heinrichi hostibus, duos Comi-
tes periisse, nec aliud fatum, Vdonem ejusque fratrem
Conradum, excepsisse, nisi fuga evasissent factionis Gre-
gorianæ crudilitatem, afferit *Heineccius Antiquitt. Gos-*
tar. L. I. f. 98. Egregium fidei suæ in Henricum spe-
cimen

cimen edidit quoque, Vdo, non solum in eo, quod una cum aliis Episcopis, Moguntiae subscripterit decreto Henrici Imperatoris, quo is, acta Principum contra eum Quedlinburgi conspirantium annullavit, Pontificem Gregorium damnavit & Clementi Sacerdotium confirmavit; verum etiam in bello Henrici ao. 1086. contra Bojos & Sveos cum Saxonibus conjunctos, gesto, quod Imperatoris exercitum prope Herbipolin ex improviso adorti, tanta eum clade affecerunt, ut quatuor hominum millia occubuerint, ceteraque, turbatis ordinibus, fuga vix evaserint, referente haec *Heineccio l. c. f. 99.* Fides haec Vdonis in Imperatorem, magna quidem illi emolumenta, magna autem simul incommoda attulit. Inter emolumenta reproto, ipsam gratiam imperatoris, qua constanter eum amplectebatur Henricus, & ex hoc capite quoque eum ecclesie Hildesiensis Episcopum decimum octavum constituit ann. 1079. eoque munere, quod inter praestantissima Germaniae tum referebatur, nominis Alvenslebiani gloriam valde auxit. Nec id satis, statim etiam post cladem Herbopolitanam, regali praedio eum donavit, sub quo Villas, Werla, Immemothe & Jethere, comprehensas fuisse, testatur ipsum Henrici diploma Wormatiæ, datum ao. 1086. quod ex *Schattenii Annall. Paderbornensem L.7. p. 622. sq.* producit *Heinecc. l. c. f. 99.* ego vero brevitatis causa inde repetere nolui. Inter incommoda vero, quæ ex gratia Henrici erga Vdonem hujusque fide in imperatorem profecta sunt, maximum sane hoc fuit, quod invitus redditus fuerit Vdo, omnibus aliis Germaniae principibus & episcopis, ex nulla alia ratione, quam quod summo studio semper adhæsisset benefactori suo, imperatori Henrico IV. contra Pontificem Hildebrandum & principes

cipes Saxonicos, uti loquitur *Franciscus Borsemius, Senior Monasterii Marienrodenensis prope Hildesiam, in Catalogo Episcoporum Hildesheimensium*, quem exhibet, *Leibnitzius Scrr. Brunsv. T. II. f. 790. Add. Dresserum Isagog. Historica P. IV. f. 891.* Infensissimus vero & atrocissimus ejus hostis fuit Ecbertus Junior, Saxoniae & Thuringiae Marchio, simulque Brunsvigae Dominus dictus. Hinc acu rem tetigit *Heineccius, in Antiquit. Goslar. L. I. f. 94. dicens.* Vdo ad Hildesiensem Episcopatum Henrici Cæfaris auspiciis fuit electus, licet multis in hoc munere fluctibus jaetandus, quippe juratus Ecberti Marchionis hostis. Qvae simultates tanti ipsi constituerunt, ut omnium pene decimarum & opum suarum jacturam faceret. Hic enim Ecbertus anno 1088. post ipsum imperatorem in obsidione arcis Gleichen, occupatum victumque, etiam in Vdonem, qui a partibus imperatoris steterat, exercitum conscripsit, totum Episcopatum Hildesiensem occupavit, Episcopum ipsum obsidione cinxit, ac ad deditioinem adegit, referente eodem *Borsemio in Catalogo citato.* Ipsum Vdonem ab Ecberto captum & nonnisi duris conditionibus liberatum, addit *Bunting. Chr. Br. apud Rettmeirum f. 268.* Conferat. *Heineccius l. c. f. 101.* post libertatem redditam, Fritzlariam ad imperatorem evasisse, ibique solarium praæ Ecberti insidiis quæsivisse, asserit *Spangenbergius l. c.* Insigni encomio eundem ornat *Heineccius l. c.* affirms: "Vir ærat religiosus & pius, nec ulli antecessorum suorum cessurus, si fortuna ejus respondisset virtutibus. Quanta vero gratia & existimatione apud plerosque Clericos & Monachos, gavisus fuerit Vdo Comes, facile subodorari quilibet potest, utpote qui Pontifici semel infensus, ab universo Germaniae Clero, inextricabili odio exceptus

exceptus fuit. Apertissimum fane odii Clericalis in Vdonem Episcopum, documentum, præbent nobis verba qvæ in Monachi cuiusdam anonymi *Chronico Episcoporum Hildesienfum*, leguntur apud *Leibnitizium l. c.* ubi autor anonymous de Vdone ita scribit: Hic, ut o-
mnium pâce dicatur, cum oblectamentis temporalis
vitæ, nimis indulget, justo Dei judicio, condignas le-
vitatis suæ peñas exfolvit. Ecberto namque Mar-
chione, Episcopatum nostrum, incendiis & rapinis a-
trociter invadente, & muros urbis gravissima obsidi-
one coartante idem episcopus ad tutelam sui & defen-
sionem, ecclesiæ decimas, qvæ omnes fere illi vaca-
bant, atqve ecclesiæ possessiones, coactus est militibus
impertiri, & qvod magis perniciosum est, multas poe-
nas videlicet pecuniarias pro criminalibus culpis in-
stitutas hominibus suæ ditionis relaxare. En cala-
mum monachalem, qvi singulis fere verbis prodit, quo
in Vdonem animo scripserit. Veritate tamen coactus,
non potuit non, idem Chronicus hujus autor, qvin etiam
in laudem & commendationem Vdonis qvædam addat,
cum non solum, Vdonem, ut Conradi fratris sui filie
Eilicka & Adelheidis, venerabiles Abbatissæ prædi-
um suum in Heneshusen (Herenhusen corrigit Leibni-
tzius) cum omnibus suis attinentiis Ecclesiæ Hildesien-
fi largirentur, effecisse, affirmet, (qva de causa etiam
non admodum se commendavit *Reinhardo Abatti Reyne-
busensi*, qvi in opusculo de Reinhardi, Episcopi Halber-
stadiensis Familia, ap. Leibn. T.I. f. 704. invidiam suam
satis prodit, scribens: Eilicka Abbatissa, qvicqvad ha-
buit, in jam dictæ villaæ Marcha, pro remedio anima-
rum obtulit, & ad cœnobium nostrum, familiaritatis
gratia annuatim venit, & ibi per sex vel octo menses "

"moram faciens, non modicam charitatem fratribus
"exhibuit, ita ut reliquam dictæ hæreditatis portionem
"S. Christophoro Martyri, contulisset, si Dominus Vdo
"Episcopus, ejus patruus, sua eam subtilitate non prae-
"venisset) verum etiam extremo vitæ suæ tempore,
moribus sincere correctis, prædia qvædam suæ pro-
prietatis, cum ministris ad jus Episcopale eum contulisse
asserat, cum qvibus consentit Borsemius saepius no-
minatus in Catalogo suo dicens: Postea quiete & fide-
liter præfuit ecclesiæ ad annum usqve Domini IIII. qvo
ex hac lacrymarum valle ad aeternam patriam conces-
fit, Confirmant hoc *Annales Hildesienses apud Leibnitz.*
T. I. f. 738. Episcopatum Hildesiensem tenuit Vdo se-
cundum autorem Chronicæ per annos 33. secundum
Borsemium vero per annos 35. juxta utrumque autem
in summi templi Hildesiensis facello Laurentiano sepul-
tus est. Paulo ante obitum suum domesticam qvandam
controversiam habuit cum Comitibus Wincen-
burgicis. Hi enim jam inde ab Imperatoris Ludovici
Pii temporibus, obligati fuerant, ut Investituram Comi-
tatus sui ab Episcopis Hildesiensibus, peterent, Dietri-
cus autem Comes a Wincenburg, cum animadverte-
ret, Vdonem magnis turbis implicitum, jus hoc ipsi in
controversiam vocavit, & nunquam eo adduci potuit,
ut feudum ab Episcopo recognosceret. Qvo cognito
Henricus Imperator id dederat operam, ne Vdo Epi-
scopus, quem adhuc sibi admodum fidelem erat ex-
pertus, hoc antecessorum suorum jure excideret, mis-
soqve legato Dietricum monuit, ne legitimi sui Episco-
pi imperio se subtraheret, alias fore, ut armis in ordi-
nem cogatur. Verba sunt *Heineccii* qui hæc ex *Lez-*
nero hausisse fatetur *t. c. f. 128.* An aliquando Vdo no-
ster

ster vel propter delictum aliquod, vel ex invidia Clericatus, officio suo motus sit, pro certo affirmare non audeo, suspicari autem illud licet ex verbis *Annalium Hildesienium* f. 737. ubi Rothardus Episcopus Moguntinus, a Pontifice Romano ao. 1107. ex Synodi sententia, ab officio suspensus dicitur, propterea quod Vdomen Hildesheimensem, sine consensu ecclesiae restituerit, quae verba vel remotionem vel suspensionem praesupponere mihi videntur.

II.

FRIDRICUS ab ALVENSLEBEN,¹ patre Gum prechto natus, inter eos merito refertur, qui suis erga ecclesiam meritis, penes posteritatem adhuc celebres existunt, propterea quod munus geslit ecclesiasticum, idque præstantissimum & glorioissimum. In ordine enim sacro fuit, imo illi præfuit, & Magister supremus Ordinis Templariorum, qui Hundsburgi sedem primariam habebant, salutatus est ao. 1307. Titulus, quo ipse, dum viveret Fridricus innotuit, ita audiebat: Fridricus de Alvensleben, domorum militiae templi, per Alemaniam & Slaviam, præceptor humilis, quem titulum verbis ita conceptis, legere licet apud *Edinum in libro saepius citato.*

III.

BUSSO de ALVENSLEBEN, filius Henrici, de quo Se^t. I. Num. 13. aetum est, fortiter bellando, jam ah. 1416. titulum, Eqvitis Aurati sibi acquisiverat, & brevi post supremus Magister Ordinis Eqvestris St. Johannis zu Sonneburg factus est. Functus est simul munere Pincernæ penes Gebhardum ab Hoym, præpositum

tum Magdeburgensem, cui muneri autem renunciavit
anno 1424. testibus *Edino, Budæo, Bebrens*, p. 44.

IV.

BUSSO ab ALVENSLEBEN, alias ejusdem nomenis, ingenii cultura, artiumque liberalium amore omnem fere tempus suum consumxit, ideoque non Musis sicut etiam principibus percharus fuit, ad muniaque præstantissima electus est. Primo officiis civilibus studia sua consecravit, Joachimo I. Electori Brandenburgico a Consiliis fuit, illique valde desiderabilem se reddidit. Electorem etiam magnam fiduciam in studia & fidem ipsius collocasse, exinde liquet, quod ardua negotia illi committere, quin imo Legati Charactere, Romam ad Concilium Lateranense eum alegare non dubitaverit. Joachimo mortuo, eandem gratiam in Alberti Electoris, Cardinalis & Archiepiscopi Magdeburgensis, aula acquisivit sibi, utsore cui in gravissimo negotio officia sua præstiterit promta parataque. Ab eodem denuo Romam missus est, cum dispensationem a Sede Pontificia imploraret Albertus, quam legationem felicissime & secundum votum Alberti expedivit Busso, & in remunerationem laborum, Archiepiscopatus Magdeburgensis Gubernator constitutus est. Cum autem Reipublicæ & Aulæ diu satis officia sua præbuisset, ecclesiæ tandem eadem consecravit, & non solum ecclesiæ cathedrali Magdeburgensi ut Praepositus, verum etiam ecclesiæ Havelbergensi ut Episcopus summa cum laude præfuit anno 1489. referentibus *Edino & Budæo*. In hoc officio Episcopali, justitiam præprimis amans, Civibus Wittstockiensibus, privilegia ipsis exempta, restitui curavit, anno 1492. teste *Bebrens*

Behrens p. 46. Adstitit Fyloni de Fronte, Episcopo Merseburgensi in censeratione solenni, Ernesti Ducis Saxoniae ad Archiepiscopatum Magdeburgensem, vid. *Anonymi Chron. Magdeburg. ap. Maijom. T. II. f. 369.* Mortuus est an. 1496.

V.

BUSSO de ALVENSLEBEN, tertius ejusdem nominis, ejusdem quoque ordinis fuit, & Episcopatum Havelbergensis Ecclesiae tenuit, ab anno 1523. vid. *Editus.* Simul Juris utriusque Doctorem eum nominat *Dresserus Isagoge Historica, P. IV. p. 912.* Mortuum esse an. 1548. ætatis 80. Episcopatus 26. refert *Gwil. Budaeus, in Thianatalogia, Edit. Leuckfeld. f. 221.* & *Behrens. p. 46.*

VI.

JOACHIMUS ab ALVENSLEBEN, filius Gebhardi & Frater Ludolphi Sejt. I. N. 21. memorati, quem ornamentum Familiæ Alvenslebianæ, miraculum sui ævi, & præsertim decus Républicæ Litterariæ, nomine nullus dubito. Idem enim ille fuit, qui ad studia & Musas se natum esse, a tenerrima juventute ad canam senectutem usque, multis documentis comprobavit. Ephebis vix egressus, litterarum cultura humiorum, juveniles annos consumere cœpit, & tum jam præceptorum laudes & admirationem sibi conciliavit. Ætate profectiori, magno scientiarum apparatu collecto, itineribus in terras peregrinas eundem valde auxit. Italiam, Bataviam, Galliam perlustravit, & Lutetiae præsertim, per longum temporis intervallo, commoratus est. Inde in patriam redux a duobus Cardinalibus & Archiepiscopis Magdeburgicis Albrechto

G

brechto nempe & Johanne Albrechto dignus habitus fuit, qvi a consiliis aulicis ipsis esset, circa annos 1544. & 1547. vid. *Edinus*. Eruditionis & Consiliorum suorum fama, longe lateqve percurrente, mirum non fuit, qvod in multorum principum notitiam & existimationem venerit, nec qvieverunt proinde, Joachimus II. Brandenburgicus Elector, & Julius Brunsvicensium Dux, donec in aulis suis, consiliarium eundem naecti fuerint. vid. *Budeus*. Et dubium sane non est, qvin eruditionis laude & principum gratia stipatus, ad multo altiora honorum fastigia ascendisset, nisi ipse aulæ pertœfus, omnibus muneribus aulicis renunciasset & in domicilia gentilitia reversus fuisset, nullum alium in finem, qvam ut studiis eo melius vacare, otioqve & qvieta litteraria, eo liberius frui ipsi liceret. Omne itaque reliquum vitæ tempus Mufis consecravit, cunctisque deliciarum generibus neglectis, solum, circa materias arduas meditari, libros solide conscriptos legere, volumina vasta evolvere, argumenta singularia excerpere, inqve certas classes colligere, voluptati sibi duxit. Nec sibi soli saltem sed posteritati etiam inservire iustum existimavit, qvem in finem propriis, nec exiguis sane sumtibus, duas amplas selectissimasqve Bibliothecas, alteram *Hundsburgi*, alteram *Erxlebiæ* instauravit, qvarum priorem peculiari liberorum suorum usui dicatam, posteriorem vero, toti familiae Alvenslebiæ communem esse voluit. Qvi conatus laude dignissimus, luculenter prodit, qvantus Joachimus noster fuerit Mæcenras, qvantus litterarum patronus & promotor, qvi non solum ipse, qvoad vixit, in litterarum cultura, in defesso studio desudavit, verum etiam posteritati suæ studiorum amorem, per apparatum hunc librarium, tacite

*fuit Aut. or.
prior Aendelis
in aulam publicam
inportugata erat
suo fundatione
Lobenham Cospeda
Berralem ad ipsius
ac 170 Hudsburg
Brandum trans
portata est.
Excellensq; prioris
Epitome qd; prioris
fuit,*

tacite commendare voluit. Nec id satis, rarissimo inter Nobiles exemplo, stupendo labore & conatu vix imitabili, ipse Joachimus, ex omni fere eruditionis genere, collegit vastum locorum communium volumen, qvod hodie adhuc tanquam cimelium exoptatissimum in eleganti Bibliotheca Erxlebiana assertatur, & egomet ipse inter maximas felicitates meas reproto, qvod Volumina ista solerti studio, summoque judicio congregata, Generosissimorum Dominorum Possessorum gratia ac venia manibus meis evolvere, ante paucos annos, saepe iteratis vicibus, mihi licuerit. Quali, in veritatem coelestem & religionem a Lutheru repurgatam, animo fuerit Joachimus noster, ex propria fidei confessione, satis apparet, quam socio Affine suo favissimo, Andrea de Meyendorff, Vmmendorffii Hæreditario, pio studio composuit, eamque variæ Theologorum censuræ submisit. Causam & occasionem Confessionis hujus edendæ, prolixe exposuit, M. Jacobus Gottfridus, Brunsvicensium ad D. Martini Pastor, in concione funebri, Generoso Domino a Meyendorff ao. 1583. habita, ubi haec verba lego : Weil er, Andreas von Mayendorff, wenig Hoffnung gehabt, daß die vielfältige betrubte Certamina, nach Lutheri Absterben, unter denen Kirchen Augspurgischen Confession, entstanden, und von Tage zu Tage, leider, mit ärgerlicher und schädlicher Trennung der unsern gemehret, und gehäuft, ordentlicher Weise entschieden und beygelegt, und also eine beständige Einigkeit getroffen werden möchte, hat er nicht mit geringen Kosten neben dem Edlen, Ehrenwesten und Gestrengen Joachim von Alvensleben, seinen freundlichen lieben Schwager, auf Rath und mit Zuthun etlicher fürnehmnen Theologorum,

rum, so in der Lehre richtig und rein, eine sonderliche
 Confession von den vornehmisten streitigen Artickeln,
 was darinne nach Gottes Wort recht und unrecht,
 fur ihre Erben und Unterthanen, neben einer statlichen
 und ausfuhrlichen Vorrede, an dieselbe haltend, vor et-
 lichen Jahren zusammen getragen, auf das sie ihnen
 nicht nur zeitlich Gut und ziemlichen Zustand der Re-
 gierung, sondern auch das allerhochste Kleinod, nehm-
 lich die theure Beylege der reinen unverfaelschten rech-
 ten Lutherischen Lehre hinterlassen mochte, wie denn
 solche Confession von furnehmen reinen Theologis ü-
 berschen, gebessert, und nach ihrem Stylo theologico
 attemperiret, und neulich durch den Ehrenvesten,
 Hochgel. Herrn D. Joh. Wigandum ohne Nahmen des
 Autoris in öffentlichen Druck fertiget ist, x. Videantur
 verba haec similique argumentum confessionis
 Meyendorffio-Alvenslebianæ in **Unschuldigen Nachrichten** An. 1722. p. 30. uti inter multos alias Theolo-
 gos, qvorum censuræ dicta confessio tradita fuit, etiam
 duos Pastores Erxlebienses offendō, nempe Fabianum
 Keyn, qui die 3. Jul. 1566. & M. Andream Schoppium,
 qui die 5. Febr. A. 1569. subscripsit, quod propter argu-
 menti cognitionem praeterire nolui. Conf. **Rettmeierus**
 in **Suppl. ad Tom. III. Antiquit. Eccles. Brunsv.** p. 220.
 Summo tandem ecclesiæ & Musarum luetu, hoc seculi
 miraculum & gentis suæ decus obiit anno 1588. teste
Budeo, at post fata tamen adhuc vivit famaqve immor-
 talitate penes orbem litterarium in fera secula gloria-
 bitur.

VII.

GEBHARDUS ab ALVENSLEBEN, merito hic
 statim Joachimo, propter egregium studiorum amorem
 jungen-

jungendus est, propterea qvod in litterarum cultura
 ipsi plane similis fuit. Totum enim vitæ tempus, fe-
 licissimo conatu in Musarum castris consumxit, indefes-
 saqve opera tantam eruditionis famam sibi concilia-
 vit, ut maximæ voluptati sibi duceret Augustus Saxo-
 niae Dux & Magdeburgensis Administrator, ejus, in ne-
 gotiis publicis, ope uti, qvapropter & Consiliarium fu-
 tum Intimum simulqve Arcium, Gibichenstein & Moritz-
 burg, Præfectum eundem constituit, qvibus officiis per
 aliquod temporis spatium, summa laude præfuit, nec
 tamen proinde studiorum culturam neglexit, in deli-
 ciis potius eandem ad canam usqve senectutem habu-
 it. Quem in finem non solum officiis jam memora-
 tis mature renunciavit, verum etiam multa alia, a Re-
 gibus Electoribus & Principibus sponte sibi oblata, mo-
 deste recusavit. Otium inde ortum, rei litterariae pror-
 fus consecravit, & genealogicis præsertim ac historicis
 lucubrationibus delectatus, varia ejusmodi argumenti
 volumina ipse conscripsit, qvæ procul dubio hodie ad-
 huc penes familiam generosissimam asservantur. Non
 sufficit calamus meus, verba Viro tali fatis digna exa-
 rare, loqvatur itaqve pro me testimonium *Maibomii*,
Introductione in Historiam Saxonie Inferioris ita scriben-
 tis: Vidi apud illustrem Virum Gebhardum ab Alvens
 leben, qvi pluribus imperii principibus a Consiliis in-
 timis, inter reliqvas severiores curas, infatiabili, omnis
 Historiæ, pragmaticæ imprimis, desiderio tenebatur,
 & in eo ipse plura Volumina conscripsit, Topogra-
 phiam Episcopatus nunc Ducatus Magdeburgensis,
 magna industria ab ipso congestam, sed & ille, ingenti
 bonorum virorum, qvi virtutes ejus noverant, & meo
 imprimis, qvem amabat, dolore nuper mortuus est.

Obiit qvidem omnino Gebhardus noster ao. 1681. sed superstes adhuc floret. in filio exoptatissimo, JOHANN-E FRIDRICO ab ALVENSLEBEN, qui vivam patris effigiem repreſentat & in omnibus virtutum generibus ipſi plane ſimilis eſt, nec litterarum amore ipſi cedit, ſuperare potius parentem nunquam non annitur, ſuamque in rebus politicis exqviſitam cognitionem, agendi ſimul promiſtudinem, Duci Gvelferbytano & Boruſſiæ Regi dudum comprobavit, hodie vero in Georgii I. Magnæ Britanniae Regis Consiliis secretioribus dexteritatis ſuæ quotidiana edit ſpecimina. Non difficile foret mihi, plura altioris indaginis, de hoc Johanne Fridrico, noſtri ævi ornamen‐to, & stirpis hodiernæ Alvenslebianæ corona, canitie & virtutibus venerabili, commemorare, niſi reverentia & ſubmiſſionis leges me prohiberent, modeſtiæque Viri Generofiffimi Excellentissimique parcere juberent. Nihil itaqve præter humillimum hoc votum addo: Det Deus, ut diu adhuc floreat hæc principum deleſatio, ut diu adhuc vivat hic litterarum Mæcenās, hic Muſarum Patronus & Promotor!

Membrum II.

De

*Meritis Alvenslebiorum erga Rempublicam &
Aulas Principum.*

I.

FAcili labore magnus Catalogus eorum confici posset, qui ex gente Alvenslebia, Reipublicæ & Principum aulis, ſuam comprobarunt inferviendi promiſtudinem

tudinem & alacritatem : Ast brevitatⁱ studens , eorum faltem memoriam renovaturus ero , qvi meritis suis præ cæteris inclaruere .

II.

Prioribus statim seculis DAPIFERI munere fun-
cti sunt apud Episcopos Halberstadiens^es , & hoc offi-
cium fuit hæreditarium gentique Alvenslebiae propri-
um , peculiarem quoq^{ue} ex hoc capite Curiam inco-
luerunt & possederunt in civitate Halberstadt , donec
anno 1289. Johannes ab Alvensleben , nutu & consen-
su Volradi , Episcopi Halberstadiensis , juribus suis in
Curiam & Officium renunciavit , & illa a Volrado So-
roribus Ordinis Prædicatorum , pro qvingentis mar-
cis , examinati argenti vendita fuerunt , uti hæc pro-
bat *Edinus , ex monumentis , litterarum Monasterii St. Nicolai in Halberstadt , Conf. Bebrens l. c. p. 44.* A-
pud Archiepiscopos etiam Magdeburgenses , Dapiferi
munere etsi non hæreditario forsan , functos fuisse , e-
xemplo Richardi ab Alvensleben , probo , qvi ea digni-
tate adfuit Conrado Archiepiscopo , Sommerseburgi ,
in solenni renunciatione , conjugis & liberorum Erle-
wini Vmmendorffii , Ecclesiae Magdeburgensis Mini-
sterialis , cum is aliquot mansos donaverit Valli Mariæ
anno 1274. teste *Maibomio , Chron. Marienthal. T. III.*
f. 284.

III.

Deinde etiam gesserunt officium PRÆFECTI
SUMMI , (Drosten und Ober-Hauptmanns) quo
curam salutis communis habuerunt , ne vel belli
vel pacis tempore reipublicæ dampnum inferretur ,
&

& probabile est Gumprechtum Se&t. I. Num. II. memoratum hoc munus jam ornasse, qvoniam Droſt vocatur in Chronicis paſſim. Officium hoc exercuere qvidam autoritate Cæfarea, ut GEBHARDUS, qvi vi-xit qvidem eo tempore qvo Comitum adhuc dignitate gloriata est Familia Alvenslebia, sed ultro abstinuisse eum a Comitis Titulo, afferit *Maibomius in Chron. Marienth. ex litteris qvibusdam Gebhardi ad Conradum Episcoporum Halberſadiensem, datis.* Mortuus est an. 1190. Quidam in Tractu Halberſadiensi, ut GUMPRECHTUS ſæpe nominatus, ALBRECHTUS, circa annum 1460. VICTOR, qvi ſimul Duci Brunsſicensi in faga & toga, opem ſuam tulit, illiqve percharus fuit, obiit an. 1510. *Behrens l.c.p. II.* Quidam in Veteri Marchia, ut ALBRECHTUS, tempore Electoris Ludovici Romani, mortuus an. 1365. GEBHARDUS, tempore Electoris Fridrici I. an. 1437. GEBHARDUS, tempore Electorum Joachimi & Albrechti, mortuus an. 1541.

IV.

Porro poſſederunt munus MARESCHALLI AULICI, qvod titulo hæredario feudiqve beneficio conſeſsum habuerunt, ab Electoribus Brandenburgicis, teſte *Edino.* Præcipue mihi hac dignitate innotuerunt, GEBHARDUS, Albrechtii, in §. proxime præcedenti, nominati filius, qvi ſimul Veteris Marchia& & Halberſadienſis ditionis, Præfectus fuit, & an. 1341. mortuus eſt, teſte *Budeo*, BUSSO, dives cognominatus, tempore Electoris Joachimi I. mortuus an. 1534.

V.

Item Munere PINCERNÆ gavisi ſunt, penes Præſules Magdeburgicos, ab Anno 1363. qvo anno, Henricus

ricus de Werberg, Præpositus Magdeburgensis, LUDOLPHO & FRIDRICO, Fratribus ab Alvensleben, munus hoc contulit, ut qvotannis inde habere debeant, 10. Martas, 7. qvartalia agri, ante civitatem, qvæ dant 7. choros, uti hæc asserit Edinus, ex monumentis Præposituræ Magdeburgensis, & confirmat Bebrens, l. c. p. 43. Me autem præter duos fratres memoratos, nullum alium sub hoc charactere, reperire potuisse, sponte fateor.

VI.

Nec magnus numerus deest eorum, ex gente Alvensibia, qvi Confiliariorum Intimorum, Aulicorum & Provincialium dignitatibus, summa laude functi sunt, ex quibus aliquos saltem commemorasse sufficiat: GEBHARDUS, Gervasii filius, Electoris Brandenburgici Ottonis Confiliarius, ab eodem simul Præfectus Provincialis, Tractus cuiusdem penes Viadrum, constitutus est, anno 1330. WERNERUS, Electori Fridrico II. ejusque Filio Alberto a Confiliis fuit, decepsit an. 1484. GEBHARDUS, Wernerii filius, Patris vestigiis insitens, eorundem Electorum Confiliarius fuit, obiit an. 1494. BUSSO, Joachimi celeberrimi filius, Administratoris Magdeburgici & postea Electoris Brandenburgici, Joachimi Fridrici, Confiliarius factus, tantam de se spem & expectationem fecit, ut filio suo natu secundo, Johanni Georgio Marchioni, in artibus & moribus instituendo, eundem præficere, fidemque ipsius & dexteritatem in hoc munere præfittam, Canonicatu Magdeburgico, remunerare, haud dubitarit Elector. Vitam cum morte commutavit an. 1595. LUDOLPHUS, ejusdem Joachimi filius, Henrico Julio, Brunsvicensium Duci & Halberstadiensium Ecclesiistarum Episcopo tam fuit desiderabilis, ut Confiliarii & Præfecti dignitate eum condecorarit. In eadem dignitate,

H

tate,

tate, una cum innumeris aliis Nobilibus, socius fuit Julio, Brunsicensium Duci, in solemni introitu, quem Brunsigam instituit, ibique homagii juramento, civitatem hanc, sibi obligari curavit. Proinde quoque ut testis gravissimus adducitur, in litteris, quas idem Dux Julius, in documentum gratiae ac clementiae suae, civitati Brunsicensi dedit, ut hoc *ex Archivo Senatus Brunsicensis afferit Rettmeierus in Chron. Bunting. f. 963.* & 1000. Praesens quoque fuit hic Ludolphus ao. 1589. in Comitatu sepulchrali Ducis Julii, & ad latus Dorotheae Augustae Ducissae Brunsicensis, locum suum occupavit. Ex familia sua quoque in hoc actu solemni Comitem habuit Wolff Fridricum ab Alvensleben qui Claræ Ducissæ Brunsicensi vicinus fuit, teste eodem *Rettmeier l. c. f. 1080.* Tandem Ludolphus obiit ao. 1610. GEBHARDUS Electoris Brandenburgici, Joachimi Fridrici, Consiliarius Aulicus, Archiepiscopatus Magdeburgici Consiliarius Provincialis salutatus fuit, vita deceperat anno 1600. LEVIN LUDOLPHUS, qui propter solidam erudititionem morumque integratatem, tam charus fuit Antonio Ulrico Brunsicensium Duci, glorioissimæ memoriae, ut juvenis Principis Hæreditarii, Augusti Wilhelmi, hodierni Duci Brunsicensis Serenissimi, studiis & educationi eundem praeficeret, simulque itinerum comitem illi addere non dubitarat. Rebus in aula Brunsicensi laudabiliter gestis, in patriam revocatus, universæque Nobilitati Veteris Marchiæ, qui ut Director praeferset, dignus habitus est, decessit anno 1702. vid. *Budeus.* Ultimo, Cohortem Generosissimorum Dominorum ab Alvensleben, claudat GEBHARDUS JOANNES; Vir, cuius laudes & merita, meam in describendo capacitatem, multo superant, justumque proinde silentium mihi imponunt. Sufficiat itaque, haec pauca saltem de eo commemorasse, eum E. lectori

lectori Brandenburgico Fridrico Wilhelmo, & Borussiae Regi Fridrico I. fidem suam & dexteritatem per multis annos comprobasse, & Confiliarii Provincialis Magdeburgici, Redituumque Electoralium Directoris Supremi, muneribus digne functum fuisse, usque ad annum 1200. in quo animam Salvatori lubens reddidit, corporisque mortalitatem cum luctu suorum expertus est. Mortuus est itaque Gebhardus Johannes, & ex omnium voto nimis mature mortuus est, vivit tamen adhuc, floret ac viget, partim in Filio, paternarum virtutum genuino haerede, partim in Nepotibus, avitae moris prorsus æmulis. Per filium intelligo, Virum Generosissimum ac Nobilissimum, JOHANNEM AUGUSTUM, Erxlebiae Dynastam, cuius & laudes & merita deprædicare, si per singularem ejus modestiam, ac humanitatem, animumque ab omni jaetantia alienum, interdictum non esset, multas sane paginas, de ejus animi dotibus plane singularibus, acquisita in academiis, Lipsiensi & Leidenisi, doctrina & eruditione, comparata per longingva itinera scientia, demonstrata in aulis Regio-Electoralibus, Berlinensi & Hannoverana, prudentia, exqvifito de rebus arduis judicio, consveta in conversatione humanitate & fvavitate, aliisque impleturus esset. Ast novi, qvam verendum frontem faciemque ille habeat, reminiscor, & ex illo tempore, qvo me sub tectum suum gratiose recepit, reminiscor vultus, omnem adulacionis fucum serio abhorrentis, qvapropter & ipsi & mihi parco, consultiusqve exstimo, Virum hunc interna animi devotione omniqve prosperitatis voto venerari, qvam plura in molestiam ipsius, de eo commentari. Ex Nepotibus Gebhardi Johannis tanto Avo dignis, duos saltem in medium producere liceat. Alter est GEBHARD JOHANNES ab ALVENSLEBEN, Eichenbardelebiae Dynasta, qvem parente qvidem desideratissimo,

ratissimo, mature satis orbavit Deus, variis autem corporis & animi thesauris jaeturam hanc deplorabilem dudum compensavit. Is enim studiis in Academia Lipsiensi feliciter absolutis, itineribusque velis secundis confectis, haud ita pridem inde redux factus, in thori sociam, svavissima omnibusque virtutibus exornatissima conjuge sibi juncta, jam in sede gentilitia eo allaborat, ut Majorum suorum exemplo, & Deo & Reipublicæ suam aliquando comprobare possit inserviendi promtitudinem. Nec infelici nomine ego auguror, etiam hunc Virum in aulis principum aliquando magnum fore, praesertim cum Serenissima Poloniæ Regina tanti jam eum faciat, ut honorifico satis titulo in aula sua eum condecorare haud dubitaverit, qvod gratiae specimen, ulteriorem honorum prodromum esse ex animo precor. Alter ex Nepotibus, Gebhardi Johannis, a cuius commemoratione temperare mihi non possum, est FRIDERICUS WILHELMUS, Joh. Augusti filius natu maximus, Vir ætate adhuc juvenis, ingenii autem præcocitate, judiciique acumine, adultioribus merito jungendus, vivam parentis effigiem representans, ejusque vestigiis insistere pro virili annitens. Non sine magna animi voluptate, dulcissimaque, qvod fateor, memoria, exoptatissimi illius temporis recordor, quo de Viro hoc juvene, fidei ac institutioni meæ, benebole tradito, per tres fere annos, mihi gratulari, ejusque vires ingenii scrutari potui, & tum jam optimam de eo spem concepi, plurimasque Majorum virtutes, sanguinis & hereditatis jure eum possidere perspexi. Nec dubito, fore, ut spes hæc & expectatio indies crescat, successu temporis augeatur, tandemque di-
vino annuento auspicio, ex omnium voto impleatur. Faxit Deus!

En habes, Lector, in brevi conspectu illos ex gente Alvensiebia, qui magnis conatibus & meritis, arte & marte claros & celebres se reddiderunt, Documentorum peruria, plures in scenam producere prohibuit, hic defectus, si a manibus gratiosis & largioribus, e medio tollatur, operam meam denio promptam paramque Tibi promitto. Interim vale, & labori qualicunque veniam non recusa.

¶ (60) ¶

AB 155 199

ULB Halle
004 841 417

3



TA → 01

09.2001 Bd.

B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres
Inches



A HISTORICUM,

QVO

MILIAM

SIMAM ET NOBI-
SSIMAM

AB

NSLEBEN,

AC MARTE

LARAM

SISTIT

OTTLIEB KETTNER,

G. M. C.

E, ANNO MDCCXXVII.

1868